


Copiese la portada

M. S. 4.º perg.º con 130 hojas y portada
bien tratado, completo

P.e = Diego Perez de Atributis

R. A. P.

Didaci Peres Hispalensis

Societatis Iesu, Vespertinæ

Theologiæ cathredæ professoris.

In Hispalensi Divi Hermenegildi

Collegio.

Commentarii de Deo, ut uno,

Sive de attributis divini Numinis.

In primam partem divi

Thomæ.

Hispali anno Domini 1660.



Disputatio 1a.

De Existentia Dei.

Questio prima.

An, et quibus Rationibus possit Evidenter demonstrari Exista Dei?

Caput primum.

Potest Existentia Dei evidenter demonstrari.

Inquirimus an, Existam Divini Numinis, sive Entis omnino improducti, et incausati, quod à se, et ñ ab alio sit, possimus ~~[illegible]~~ p. raones, et discursus nostros naturales evidenter ostendere. In quo puncto censerunt Petrus Aliacensis, et alii, ñ posse haberi rei hui evidentem demonstraonem. Comis tn, et verissima theologorum Senta affirmat posse Divi Numinis Existaem raonibus, et discursu nali evidenter demonstrare, et cõriam sententiam alii theologorum hereticam, alii temerariam, alii parum tutam in fide ēē pronuntiant.

Continetr apperté hęc veritas in Sacra Scriptura: Sapientiæ c3: à Magnitudine speciei, et Creaturę cognoscibiliter poterit Creator omnium videri.

Actorum 14, nam non sine testimonio seipsum reliquit Deus benefaciens de Caelo. Ad Romanos 1o: quod notum est Dei manifestum est in illis, Deus enim illis manifestavit, invisibilia enim ipsius a Creatura Mundi per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, et Divinitas, ita ut sint inexcusabiles. In quibus testibus maxime notanda sunt illa verba cognoscibiliter videri. Testimonium. Manifestavit. Conspiciuntur. Quae procul dubio indicant cognitionem evidentem. Omitto alia testimonia.

Eadem veritas ab Ecclesiae Patribus satis frequenter inculcatur. Audiatur Hieronimus explicans verba Divi Pauli admemorata tam evidenter intellecta sunt, ut conspecta dicantur. Si enim tam evidenter potest intelligi Deus ex his, quae facta sunt, ut conspici dicatur, potest ex iis, quae facta sunt evidenter demonstrari. Augustinus item tractatu 2o in Joannem. Deus potest inveniri evidenter per Creaturam. Unde non sunt audiendi Pr Vasquez et alii asserentes, verba illa conspicio, et video quamlibet in nobis notitiam etiam obscuram significare, quod optime impugnat Pr Suares, nam verba illa pro cognitione evidenti accipiuntur, quando ex subiecta materia non limitantur ad quod confirmandum adduxit plurimos Ecclesiae Patres. Iam ergo demonstrationem pro existentia Dei ostendenda proponamus.

Omne Ens, quod includitur in hac rerum omnium Universitate, aut est productum, aut non est productum. Si dicas, omne Ens huius rerum universitatis, sive totam collectionem entium esse improductam, manifeste falleris, cum oculis ipsis videamus in hac rerum universitate aliqua esse producta. Praeterea iam dedisti ens improductum licet non unum. Si dicas omne ens inclusum in hac rerum universitate esse productum. Inquiro, an sit productum ab aliquo extra totam eam collectionem, aut ab aliquo contento intra totam eam collectionem. Si 1um dicas, implicatoria dicis,

cum ponat collectionem omnium entium nullum aliud 2
ens supersit. Rursus inquiro, an illud ab aliquo alio producatur, aut non? si dixeris ab aliquo alio produci in infinitum procedetur. Si vero dixeris illud esse omnino improductum, habemus intentum, nam hoc improductum, a quo reliqua omnia producuntur, appellamus Deum.

Si vero dixeris, totam eam collectionem esse productam ab aliquo contento intra eandem collectionem, manifeste sequitur aliquid, quod primum sui esse producere seipsum, quandoquidem producit totam collectionem intra quam ipsum continetur, aut saltem dari mutuam causalitatem efficientem inter duplicem entitatem illius collectionis: atqui hoc utrumque penitus est implicatorium; fatendum ergo est omnia, quae facta sunt, fieri ab aliquo omnino improducto, et consequenter dari Deum. Et quidem omnis posset aliquid in se ipsum convertere suam actionem, ut se reproducat, vel conservet, ut aliqui cum Patre Suares probabiliter defendunt, adhuc tamen quoad primam actionem, sive quoad primum esse nihil posse dependere a seipso, aut ab effectu ex se producto, tam certum est, ita quod oppositum neque mente concipi possit.

Omissis aliquibus solutionibus, quas Atheistae confingunt ad eludendam vim praecedentis discursus, et quae facile reiiciuntur ex primis philosophis, solum refutandi sunt recurrentes ad infinitatem causarum. Et quidem ea infinitas Creaturarum, vel ita ponitur, ut omnes illae Creaturae simul actu existant, vel ita ponitur ea infinitas, ut non omnes sibi actualiter coexistant, sed ita quod ascendendo versus aeternitatem a parte ante una causa praecesserit aliam, quam successive numerando possimus devenire ad aliquam causam omnino improductam et independentem.

Sive ergo ea infinitas ponatur primo modo sive secundo,

habet eandem vim propositum argumentum. Nam si omnes illæ causæ simul actu coexistant, debent produci vel ab aliquo extra collectionem illam infinitam, vel ab aliquo intra illam collectionem infinitam. Si producantur ab aliquo extra collectionem illam infinitam, cum illud debeat esse omnino improductum, alioqui iterum instauraretur argumentum factum, convincitur dari Deum, licet ponamus collectionem causarum actu existentium esse simpliciter, et cathegorematice infinitam. Si producantur ab aliquo intra collectionem, vel dabitur mutua causalitas, aut una causa illarum producet seipsam.

Quod si ea infinitas causarum ponatur ea successione, ut simul se non producant, sed in infinito tempore a parte ante, una causa præcedat aliam, nunquam deveniendo ad aliquam, quæ non producatur ab alia. Sic argumentum instituo. Omnia individua illius collectionis distributive sumpta sunt ab alio, cum nullum sit assignabile in tota collectione individuum quod non producatur ab alio: ergo tota collectio est ab alio, cum omnino implicet omnia individua componentia collectionem esse ab alio, et totam collectionem non esse ab alio, sicut implicat omnia individua collectionis esse viventia, et totam collectionem non esse viventem: ergo tota collectio supponit dari aliquam causam priorem se omnino improductam, et independentem, quæ sit Deus.

Cap. 2um. Aliæ demonstrationes proponuntur.

Secunda demonstratio sit, quæ desumitur ex necessitate, et contingentia rerum, et intendit probare, omnem rerum contingentiam destrui, si non detur aliquod primum æternum, necessarium in existendo, a nullo alio causatum, et in producendo liberum, et sic proponitur. In hoc universo videmus plures entitates contingenter existere; sed hoc non posset esse verum, nisi daretur

aliquod primum necessarium in existendo, ab Eterno existens, et in Eternum duraturum, et Liberum in producendo: Ergo datur eiusmodi primum, et consequenter datur Deus, quia nomine Dei nihil aliud intelligimus. Maior est evidens, et quam experientia quotidiana demonstrat. Consequentia legitime infertur.

Probatur minor: si non daretur hoc ens necessarium, sed omnes omnino entitates essent contingentes, fieri posset, quod aliquando nihil essent, cum illud sit contingens, quod potest non esse; sed si nihil essent, non poterunt aliquando esse, quia ~~nihil~~ quod nihil est, non incipit esse, nisi per aliquid, quod est: Ergo non possunt entitates huius Universi esse contingentes, nisi detur eiusmodi primum necessarium, quod intendimus. Confirmatur, posito possibili in esse nullum sequitur inconveniens. Supponamus quod omnia contingentia non esse, quod quidem possibile est, Rogo, a quonam produci possent, nisi detur primum hoc necessarium in existendo, et liberum in producendo? unde fieret, quod non essent contingentia, si a nulla causa produci possent,

Hoc Ens debere esse ab Eterno, et in Eternum duraturum sic probatur. Omnes Entitates contingentes, quae incipiunt in tempore, potuerunt incipere in quovis alio tempore anti ascendendo versus Eternitatem a parte ante, et in quovis alio tempore subsequenti descendo versus Eternitatem a parte post, Ergo tam ascendendo per Eternitatem a parte ante, quam descendendo per Eternitatem a parte post semper inveniemus aliquod primum Liberum potens ea contingentia in quocumque tempore producere, et consequenter eiusmodi primum est ab Eterno, et in Eternum duraturum, ac proinde ex contingentia rerum bene deducitur existentia Dei.

Confirmatur, et magis explicatur; si omnia omnino inciperent in tempore, et non daretur hoc ens Eternum,

quod intendimus, si omnia inciperent nario, si contingenter, ut ē evidens: n̄ possunt nario incipere, tum q̄ n̄ potest nario incipere id, quod potest n̄ ēē, imo aliquando n̄ fuit; tum etiam q̄ quod nario absolutē, et simpliciter ē, semper, et ab Eterno ē. Nam rogo, cur n̄ inceperit immediate antē illud instans, in quo dicis incipere? Non possunt incipere contingenter, q̄ quæ contingenter incipiunt, supponunt aliquam causam in operando liberam, virtute cuius ita producantur, ut potuerint n̄ produci: ergo nisi detur eiusmodi primum Eternum, quod intendimus, n̄ possunt entia contingenter existere.

Fortē dices: posse dari aliquod ens, quod incipiat existere ā se fraliter in tali tempore, et n̄ anteā. Nam sicut benē intelligitur, quod ab Eterno existat ens ā se fraliter, cur n̄ benē intelligi poterit, quod in tempore incipiat ā se fraliter? Contra ē, q̄ nulla potest assignari ratio, cur n̄ inceperit in quovis alio tempore antē. Non ex parte aliorum entium, q̄ nullum ē causa huius entis ā se, et supponimus nullum aliud dari ens, n̄ ex parte ipsius temporis, q̄ hoc nihil reale ē, et quovis hoc esset aliquid reale, quomodo ens n̄ dum existens potest cognoscere illud tempus advenisse, ut tandem se determinet, ut ā se tunc incipiat existere. Unde ens nario, et ā se existens eo ipso debet ēē Eternum.

Tertia demonstratio ex Mundi varietate, et mirabili constitutione desumitur, q̄ quis n̄ nisi mentis inops dicere potest Mundialem Machinam, in qua tot naturæ miracula splendent casu fuisse dispositam, et sine Consilio gubernari? Si n̄ parva Respublica neque per diem absque prudentia, et Consiliis gubernatur, tanta rerum huius Universi inter se correspondentia, tanta in effectibus cum varietate uniformitas, et in uniformitate varietas, unum aliquod Numen, et supremum

Gubernatorem, à quo omnia illa conserventur, et producantur manifestè persuadent. Hoc argumentum latè prosequuti sunt Ecclesiæ Patres. Immo, et illo usus est Cicero libro de Natura Deorum. Videatur P. Hurtadus in sua Methaphisica multis eloquentiæ coloribus illum exornans.

4um petitur ex scientia morali, nam lumine naturæ nobis innotescit aliqua esse mala, et fugienda, et aliqua esse bona, et amplectenda, et contra præmium esse deferendum pro operibus virtuosis, et supplicium pro vitiosis; sed si de medio tolleretur Deus, necesse est, ut etiam auferantur præmia virtutum, et vitiorum supplitia. Ergo etc. Hæ demonstrationes, quas attulimus ad existentiam comprobandam sunt à posteriori, ut clarissimum est. Poterat tamen in dubium revocari, an possit à priori existentia divini Numinis comprobari. Communis theologorum sententia, cui standum est, affirmat affirmat non posse propriè à priori divini Numinis existentiam demonstrari.

Ratio est, quia existentia rei alicuius non potest demonstrari, nisi vel ex ipsa ratione, et hæc non appellatur demonstratio à priori, vel potest demonstrari ex ratione existentiæ alicuius, quod se habeat per modum effectus procedentis ab alio, et hæc non est demonstratio à priori, sed à posteriori; quare cum demonstrationes huiusque factæ desumantur ex creaturis, tanquam ex effectibus procedentibus à nobilissima, et suprema Causa, recte dicimus demonstrationem, quam de Dei existentia consequi possumus esse demonstrationem à posteriori. Potest deinde existentia alicuius rei demonstrari ex existentia alicuius alterius, quod sit causa, vel se habeat per modum causæ, aut radicis respectu

illius existę, et hęc ē demonstratio à priori. Cumq nihil detr, quod sit causa, neque se habeat pr modum causę, aut radicis ad divinam existam, cum divina exista n̄ producatr, neq̄ infueratr ex esa divina prius existenti, et presupposita, merito defendimus existam Dei n̄ posse à priori demonstrari.

Cap. 3um. Aliquę obiectiones dissolvuntr.

Obiicies 1o: si esset evidentr demonstrabilis exista Dei, n̄ negaretr à pluribus; atqui negatr à pluribq, inter quos ē Stultus ille, de quo Propheta Regius psalmo 52 dixit Insipiens in corde suo, n̄ ē Deus. Et incolę Brasilię Regionis nullam penitus notiam Dei habebant, ut certa multorum Relatione constare videtr. G exista Dei n̄ ē raone nali evidentr demonstrabilis. Confirmatr: si possemus consequi evidentem demonstraonem de Deo, iam haberemus notiam de Deo claram cōa divum Paulum asserentem videmus nunc p speculum in ęnigmate. Item p vires Naturę possemus consequi Beatitudinem nostram, quę in clara Dei cognitione consistit.

Respr ad argutum, neg. marem, nam qmvis eiusmodi veritas sit demonstrabilis, potest negari à pluribus, qui attentè demonstraonis pria considerare noluerunt, q ut Creaturę ducant in cognem Dei exigunt seriam meditationem, q n̄ statim, vel intuitu cognoscitr ea necessitas, qham superioris causę habent, et eiusdem gubernationis consilio, et prudentia prediti, per quem pulcherrima Mundi machina gubernetur, quam seriam meditationem potest despicere homo, dum intensissimis peccatorum tenebris implicatr, et temporalibus cupiditatibus adhibeatr, presertim cum demonstrationes hę n̄ sint ita clarę, et faciles, ut protervus resilire n̄ possit

semper tn̄ hoc provenit ex cecitate mentis nolentis considerare vim præmissarum, vel illationis, ut optimè docet P.r Suares.

Ad confirmaonem Resp. n̄ eē d.o Divum Paulum concedere cognitionem evidentem habitam ex creaturis, ex qq.bus potest solum evidentr cognosci, quod Deus sit, n̄ v.o quid sit, unde in verbis relatis solum docuit nos n̄ posse in hac vita evidentr cognoscere quid sit Deus, n̄ v.o docuit, n̄ posse nos evidentr Deum existere cognoscere. Ex quo infertr, quod cognitio evidens, quam in hac vita de divina exista consequi possumus, n̄ sit sufficiens ad nos Beatificandum, q.a Beatitudo nostra n̄ consistit in cognitione clara Dei, quoad An est, sed in cognitione clara Dei, quoad quid est, quam fatemur, p vires naturæ n̄ posse comparari. Unde merito divus Paulus dixit, nos modo videre per speculum.

Obiicies 2: pri.a demonstraonis debent eē necessaria, et nārium n̄ potest demonstrari p aliqd ɔtingens, sed Creaturæ s.t aliqd contingens, et Deus ē Ens summe nārium: ergo exista Dei n̄ potest ex creaturis demonstrari. Resp. dist.o maiorem: principia demonstraonis debent eē nāria in existendo, neg.o maiorem, debent eē nāria quoad conexionem, et illationem, supposita iam existā, ɔcedo maiorem. Licet ergo Creaturæ ɔtingentr existant, adhuc tn̄ si ɔtingentr existant, habent nāriam conectionem cum Deo, et conseqr possit eē medium, et p.rium sufficientissimum ad divam existam cognoscendam.

Obiicies 3: aliquos Ecclesiæ Patres apperte docentes, Deum demonstrari n̄ posse. Clemens Alexandrinus ita ait: Deus quidem cum demonstrari n̄ possit n̄ efficit sciām. Dionisius de divis noibus, cap. 7, inquit, forte id verum dicimus, nos Deum n̄ ex ipsius natura cognoscere

id nempe ignotum est, omnem quod superat rationem, et sensum. Et omissis aliis sufficiunt illa verba psalmi 17. Posuit tenebras latibulum suum ad explicandam omnem demonstrationem, et scientiam de divina existentia. Resp. hos Patres, et alios, qui adduci possent loqui de cognitione clara Dei, ut est in se, et quoad quid est, non vero quoad an est. Neque aliud intendit psalmista Regius.

Obiicies 4 ad probandum, posse à priori Dei existentiam demonstrari. Ex essentia divina, sive ex ratione entis à se, et necessarii, per essentiam bene infertur existentia, nam haec est legitima argutatio, est ens à se, et necessarium per essentiam. Ergo existit, ut nos ipsi supra docebamus. Ergo potest à priori confici demonstratio divinae existentiae. Item, quis non dicat, hunc syllogismum continere demonstrationem à priori, quidquid est ens infinite perfectum, necessario existit; sed Deus est ens infinite perfectum: ergo necessario existit. Potest ergo à priori existentia divina demonstrari, cum ratio infinitudinis inferat à priori existentiam, ut ex syllogismo posito est manifestum.

Resp. hanc non esse propriam demonstrationem à priori, et ideo consulto dixi, non posse proprie à priori divinam existentiam demonstrari. Nam ratio entis à se, et per essentiam necessarii, sive essentia divina dupliciter concipi potest. Primo per conceptum quendam confusum, et communem, non attingentem ipsam ut ens actuale, sed ab actuali existentia prescindens, hoc modo ens à se, per essentiam, et necessarium non repugnat, qua ratione solet rei politus explicari, et hoc modo non potest ens à se, et essentia divina inferre tanquam causa, et radix, existentiam actualem, non inferre tanquam causam est evidentissimum, cum neque existentia divina, neque quodlibet aliud gratum divinum absolutum producatur.

Non inferre tanquam radicem, sic probatur. Entitas rei non est radix suae existentiae

nisi velimus abuti terminis: ergo ex possibilitate, sive ex non repugnantia divinae essentiae, non recte probatur a priori existentia Dei, praesertim cum nihil aliud ex parte obiecti exprimatur, quando res ut possibilis concipitur, ac quando concipitur, ut existens. Praeterea res, quando praecise concipitur, ut possibilis, non concipitur, ut habens entitatem actualem. Res autem, quae non concipitur, ut habens entitatem actualem, quomodo potest concipi, ut radix alterius; cum ad conceptum radicis requiratur actualiter aliquod esse, quod petat sibi adiungere aliud praedicatum.

Secundo modo potest concipi essentia divina, ut ens actuale, sive existens, et hoc modo probo divinam essentiam non posse esse radicem suae existentiae. Illud tantum potest esse radix alterius, quod formalissime per illud alterum constituitur, sed essentia divina, ut est ens actuale, et existens per divinam existentiam constituitur: ergo essentia divina, ut est ens actuale, et existens non est radix suae existentiae. Et quidem homo non est radix animalitatis, per quam in suo esse formalissime constituitur, est tamen radix visibilitatis, quae est extra suum formalissimum constitutivum. Quae doctrina capite sequenti magis declarabitur.

Q° 2a, an existentia claudatur in formalissimo conceptu essentiae divinae? Cap. 1um. Aliqua supponuntur, et sententiae Doctorum referuntur.

Supponendum est 1o dari realem identitatem inter essentiam divinam, et eius existentiam. Nam si in rebus creatis eiusmodi identitas realis inter essentiam, et existentiam invenitur, quanto magis in divinis propter summam Dei simplicitatem; ex qua provenit, quod licet in creatis essentia, et existentia realiter distinguantur,

ut volunt Thomistæ, in divinis realitr identr, q̃a id petit summa simplicitas divina, sicut licet sapientia, et iustitia in creaturis realiter distinguantr intr se, et a substantia, in divinis tn cum Deo, et intr se realitr idantr.

Supponendum ē 2o: illud dici includi fr̃alissime in alio, p quod illud aliud in suo explicito, et fr̃alissimo conceptu constituitr, qua raone aial dicitr includi in homine, q̃a ē essa lē hoīs pratum, p quod in raone, et cceptu hominis essalitr constituitr. Ex quo fit, quod ablato animali, quvis omnia alia maneant invariata, tollatr homo, q̃ ablato eo, p quod fr̃alissime homo constituitr, sive quod includitr in fr̃alissimo cceptu hominis, auferri hoem necesse ē. Inquirimus q̃, an sicut aial animal includitr in fr̃alissimo cceptu hominis, ita quod, eo deficiente, quvis omnia alia maneant invariata, eo ipso deficiat homo, ita existā divina includatr in fr̃alissimo cceptu Essentiæ, ita ut si fingamus hypotesim, in qua pereat divina Existentia, eo ipso perire divinam Essentiam necessum sit.

Suppono 3o: n̄ recte concludi unum pratum ēē de fr̃alissima constitutione alterius, ex eo quod hoc n̄ posit existere s̄ illo. Et constat evidentr in Deo, q̃ homo n̄ potest sine Deo existere. Et tn. Deus n̄ ē de fr̃alissimo constitutivo hoīs. Unde si fingamus hypotesim, in qua auferatr Deus, et omnia alia maneant invariata, n̄ aufertr homo, nam si homo tolleretr, deficeret pratum Essale hoīs; sed supponimus nullum deficere, qndo supponimus omnia alia invariata manere: Et ēt ita ex hoc, et innumeris aliis exemplis manifestum ē.

Ex quo suppono 4 omnia illa argumta, quæ ad probandam inclusionem existentiæ in conceptu fr̃alissimo divinæ Essæ desumuntr ex eo, quod Essa divina n̄ posit n̄ existere, sit ens necessitatum ad existendum, et alia huiusmodi, ēē inefficacia meo iudicio. Ergo q̃ Essa divina

n̄ potest n̄ ēē subsistens tribus subsistentiis relativis, et ens summe necessitatum ad subsistendum pillas, et tn̄ tres subsistentiæ relativæ n̄ includuntr in fr̄alissimo conceptu Essæ: n̄ ḡ bene colligitr, quod existā includatr in fr̄alissimo ɔceptu Essæ, ex eo quod Essa divina n̄ posit n̄ existere, sit ens summe necessitatum ad existendum, et ex aliis pratis huiusmodi.

Secundo, q̄ eadem ratione, quâ in Scriptura Deus nominatr existens, dicitr etiam Omnipotens, et tn̄ Omnipotia n̄ ē de constitutivo fr̄alissimo Essæ, ex sentiam DD, quibus, et similibus argumentis utuntr. Solum ḡ ex illis probatr, quod Essa ē his pratis n̄ posit existere, n̄ v° fr̄alissima inclutio, quam intendimus investigare. Et quidem cum aliud sit petere identatem cum alio, et aliud fr̄alissima inclutio, et constitutio, alia arguta quærenda sunt ad probandam exigentiam identatis unius prati cum alio, et ad probandam fr̄alissimam inclutionem, et constitutionem.

His positis 1ª Senta tuetr divinam existam n̄ ēē de fr̄alissimo ɔceptu Essentiæ, q̄ se habet, sicut attributa, et personalitates, quæ supponunt Essam constitutam, a qua tanqm̄ ā radice intelliguntr oriri. Docuit hanc sentam Ss. Vasq. tomo 1º in 1am partem D. 24. cap. 3, qui ideo affrat existam dici de Essa Dei, n̄ q̄ n̄ distinguatr ab Essa ea ratione, quâ attributa ab eadem Essa distinguntr, sed q̄ reipsa n̄ potest n̄ existere, sicut n̄ potest n̄ ēē Omnipotens, Æternus &. Eandem opinionem amplectitr P. Granado tractu 2º de attributis, D. 2ª, et alii thomistæ. Secunda senta ē affrativa, quam defendit P. Suares Lib. 1º de Essa Dei, cap. 2º, Aldrete(?) D. 9. cap. 3, et plures coitr.

Cap. 2. Affrativam sentam eligimus

Prima ɔclutio ē: Essa divina actualis includit fr̄alissime

existam. Probatur conclusio: id per quod ens, sive essentia essentialiter constituitur actualis, est actualitas, ut est evidentissimum; sed actualitas est formaliter existentia: ergo ens actuale, et essentia constituuntur actualia per existam. Minor probatur: actualitas entis est id, per quod ens ultimo constituitur actuale; sed per existam ens ultimo constituitur actuale: ergo existentia est actualitas entis. Unde fit, quod essentia divina non posit cognosci, ut ens actuale, sive ut essentia actualis, quin dicat formalissime existam.

Confirmatur 1°: essentia divina absolute talis est formaliter, et essentialiter ens per suam entitatem secluso quocunque alio; sed eo ipso, quod per suam formalissimam entitatem sit ens, secluso quocunque alio est formalissime existens per suam entitatem: ergo essentia divina in suo formalissimo conceptu dicit existam ea ratione, qua dicit esse ens absolute, et simpliciter tale. Maior probatur: essentia divina actualis non intellecto quocunque alio est aliquid: ergo est formalissime ens, nam esse ens, et esse aliquid sunt termini convertibiles. Minor probatur: esse absolute ens, et esse aliquid est habere entitatem; sed nequit constitui habens entitatem, seclusa existentia, quandoquidem existentia seclusa, res nihil est: ergo eo ipso, quod per suam formalissimam entitatem sit ens, secluso quocunque alio, est formalissime existens per suam entitatem.

Confirmatur 2: ens non dum existens non est simpliciter ens, sed tantum obiective, seu conditionate: ergo ad hoc ut intelligatur ens simpliciter et in actu, debet intelligi existens: ergo ratio formalis entis simpliciter, et in actu est ratio existentis, et consequenter idem formalissime importat ens in actu, et existens: ergo formalissime importat essentia actualis existam, ac proinde essentia, quae formaliter, et in actu non tantum esset sed est, dicit formalissime existam, quia non tantum esset, sed est, quia essentia quae est, est ens simpliciter, et in actu, et ens in actu nequit non dicere formalissime existam.

Haec ratio manifeste meo iudicio con-

convincit intentum. Pr. tn Suares ad probandum essam,
divinam dicere formalissime existam, sic argubatr: implicat
dcipere Naram Divinam, ut potentialem, seu p modum entis in
potentia, sicut intelliguntr ess creaturarum: & essa divina neq
ratione prescindi potest ab existentia. Dis p licet discursus huius
Doctoris, q aliud e concipere Deum, ut actu n existentem, et aliud e
concipere illum, ut n repugnantem n concepta tunc exista actuali,
neq carentia illius, sed prescindendo ab utraq. Nullum e inconveniens
in eo quod concipiatr Deus prescindens ab exista actuali, et a nega-
tione exists actualis hoc modo, si Deus sit in rerum natura n se-
quentr duo da dictoria, quamvis n possimus concipere Deum negando
illi existam actualem.

Neq obstat, si dicas, eo ipso, quod essa
divina dcipiatr dcipi ens a se, et coentr p suam essam existens,
ac proinde nunqm cum veritate potest cognosci, nisi, ut existens.
Et quidem cum semper ac concipitr Deus, debeat dcipi ens infinite
perfectum, et una illius perfectio sit exista actualis, semper, ac
concipitr cum veritate Deus, debet dcipi cum exista actuali.
Hoc inquam n obstat, nam aliud e, quod semper ac concipitr
cum veritate Deus, debeat ex parte subti apprehendi existentia
actualis, cum Deus, qui e subtum, involvat existam actualem,
et aliud e, quod ea exista actualis afferatr p quemcunq actum,
qui cum veritate fertr circa Deum.

Primum e verum, et 2um fal-
sum. Nam de ente necessario existenti, et infinito cum veritate di-
citr, quod sit n repugnans, aut n involvens duo grata da dictoria,
quam veritatem, et nullam aliam, poterit creatus intellus attin-
gere p illum actum dditionatum, si existat ens necessarium, et
infinitum, n sequentr grata da dictoria. In qua enuntia-
tione affertr quidem exista actualis, p quam subtum, quod e

Deus constituitur, non quod affirmatur eiusmodi actualis existentia. Et quidem in eo quod, Creatus intellectus unam veritatem, quam posset affirmare non affirmet, sed solum apprehendat, nullum inconveniens invenio.

His notatis nostra 2a conclusio est: Essentia divina cognita, ut non repugnans, siue, ut possibilis formalissime etiam dicit existentiam, non repugnantem, et possibilem. Probatur conclusio; ea ratione, quia ens concipitur, ut ens, debet concipi cum existentia; sed essentia divina per illum actum conditionatum, si existat, non involvit duo praedicata contradictoria, concipitur, ut ens non repugnans, siue possibile: ergo essentia divina cognita, ut non repugnans, siue, ut possibilis, formalissime etiam dicit existentiam. Maior probatur; ens, ut ex ratione supra prima conclusione iam constat, est habens entitatem, et essentia sic dicitur, est habens esse entitatem, et esse aliquid; sed habere aliquid et, entitatem, et esse aliquid dicit formalissime existentiam: ergo ens ea ratione, qua concipitur, ut ens, debet concipi cum existentia. Minor est certa, et consequentia legitime infertur.

Probatur 2o; Ens actuale, et possibile idem important formalissime ex parte obiecti; sed essentia divina actualis dicit formalissime existentiam: ergo essentia divina concepta, ut possibilis, et non repugnans, dicit formalissime existentiam. Maior probatur, nulla formalitas est actu existens absolute, et simpliciter, quae non sit possibilis, et habuerit potentiam ad existendum, et conversa nulla formalitas est actu existens, quae non includatur in eadem entitate, ut possibili, seu nulla formalitas est in ente actu existente, quae formaliter per se ipsam non sit possibilis: rursus nulla formalitas concipitur in ente possibili, quae non concipiatur existens, quando illud ens concipitur existens; unde neque ens possibile dicit aliquam formalitatem, quam non dicat existens; neque formalitatem aliquam dicit existens, quae in eodem, ut possibili non cognoscatur: ergo ens actuale, et possibile idem important formalissime ex parte obiecti. Minor iam probata est, et consequentia est bona.

Cap. 3um.

Cap. 3. aliquorum argutorum solutio. 9

Obiicies 1°: illa in divinis ratione distinguuntur adequate cum fundamento in re, quae in creatis distinguuntur realiter, et adequate; sed essentia, et existentia in creatis distinguuntur realiter, et adequate: ergo in divinis essentia, et existentia ratione distinguuntur adequate cum fundamento in re. Maior certa videtur; Nam ex Creaturis ascendimus ad divinas perfectiones investigandas. Minor probatur, quia essentia rei est invariabilis, et necessaria, existentia vero variabilis, et contingens, essentia est aeternae veritatis, et indefectibilis, existentia vero in tempore, et defectibilis. Et alia huiusmodi praedicata verificantur, quae realem, et adequatam distinctionem videntur inducere.

Respondetur, concedendo maiorem, et negando minorem. Essentia quippe, et existentia in creatis realiter non distinguuntur, ut contra a nostris PP. docetur in Methaphysica, et existentiam esse etiam in creatis de formalissimo essentiae Conceptu probat argumentum hucusque factum. Nam essentia creata, prout condistincta ab omni illo alio praedicato, quod tu appellas existentiam, est per suam constitutionem formaliter ens, et cum ens dicatur ab essendo, seu existendo, sequitur quod per suam entitatem, quovis alio praedicato secluso, sit existens.

Ad probationem minoris respondemus in eo omnino sensu, in quo essentia Creata est omnino invariabilis, et necessaria, existentiam etiam esse invariabilem, et necessariam, in sensu nimirum conditionato, et in eodem sensu nimirum absoluto, in quo existentia est in tempore, et defectibilis, essentia similiter est in tempore, et defectibilis.

Obiicies 2°: saltem in creatis essentia, et existentia distinguuntur ratione ratiocinata, tanquam duo conceptus sese ad invicem excludentes: ergo similiter in divinis. Respondetur, negando ans, nam si loquamur de conceptu essentiae prout ratione ratiocinata est alia formalitas a formalitate existentiae, cum per seipsum sit Ens, per se ipsum est existens, alia formalitate seclusa.

solum q distinguuntr essa, et exista, quatus eadem indivisibilis veritas objectiva p diversos actus attingitr, conditionatum nimirum, et ablutum, et quatus p actum illum conditionatum, si existeret attingimus, appellamus essam, et quatus attingimus pactum ablutum existit, existam appellamus, semper tn idem indivisibile obtum attingendo, quam distionem poteris appellare rationis ratiocinantis

Diceres 3: qndo n exercetr vera, et realis productio intr unum, et aliud sed solum p nostrum intrum una fralitas dicitr radix v'n alterius, n e narium, quod illa ratio, que presupponitr, et e radix v'n alterius, presupponatr existens ante aliam. 3 bene poterit essa ee ratio a priori, sive radix v'n sue existe, quvis tyc n presupponatr existens ante actualem existam, et conntr exista n erit de fralissimo conceptu essendis, quam presupponit. Ans probatr, q licet, ut natura creata sit radix aliarum passionum, et proprietatum subsequentium debeat ee subexistens: ad ipsam vo subexistam n presupponitur subexistens, ita silitr essa divina, quantunvis debeat supponi existens ut sit radix aliarum perfectionum subsequentium, n erit narium, quod supponatr existens ad ipsam existam, quá existat.

Retr, neg ans: nario quippe debet essa presupponi existens ad existam, ut sit radix v'n existe, ut iam statutum e. Nam quvis n exerseatr vera productio, supponitr tn una perfectio ad aliam tanqm verum ens et conntr tanquam existens, ea ratione, quá intlivum supponitr ad intellectionem, et essa divina ad relationes. Ad probationem antis dicimus exemplum allatum nihil convincere. Nam quvis res n supponatr subexistens ad ipsam subexistam, supponitr tn existens, et tanqm verum ens, et cum tota virtute, quam potest habere ad subexistam, si vo non supponatr, tanqm verum ens, et cum actuali virtute radicandi n potest ee radix alterius perfectionis existentis.

Obiicies 4: existentia est actualitas illius per- 10
fectionis, quae ab ea denominatur existens; sed illud, quod actuat non est de formalissimo conceptu actuati. Ergo existentia actuans non est de formalissimo conceptu essentiae, quae actuatur. Respondetur negando minorem. Nam licet actualitas significetur tanquam forma actuati, contendimus tamen, quod ea forma in formalissimo conceptu actuati involvatur, quia actuatum per ipsum non excludit esse ens, imo illud formalissime involvit, et consequenter actuatum est existens, non quidem per formam, quae sit extra conceptum actuati, sicut existentia ipsa denominatur existens, non quidem per formam, quae sit extra ipsam existentiam.

Obiicies 5: Deus non solum est existentia in abstracto, sed etiam existens in concreto; sed non potest esse existens in concreto, nisi detur subiectum, seu quasi subiectum, et forma, seu quasi forma huius denominationis. Ergo in divinis dantur duo conceptus sese excludentes, videlicet essentia divina, quae sit subiectum, seu quasi subiectum huius denominationis, et existentia ipsa, quae sit forma denominationis existentiae. Confirmatur. in divinis dantur duo conceptus sese adinvicem excludentes, quorum unus sit intellectivum, et alius intellectio actualis ex eo quod Deus sit, non solum intellectio in abstracto, sed intelligens in concreto: ergo similiter in nostro casu. Et quidem facile percipitur, quod existentia sit perfectio quaedam extra aliam, quae per illam existit, si semel admittatur intellectionem esse perfectionem quandam extra conceptum intellectivi

Respondetur 1o: saepe nos eandem omnino indivisam perfectionem etiam ratione nostra signare iam per modum concreti, iam per modum abstracti, ut videmus in his nominibus Ens, et Entitas, et consequenter non bene colligitur ex eo quod iam significetur in concreto, iam in abstracto dari duos illos conceptus sese adinvicem excludentes. Respondetur 2o: nullum apparere inconveniens in eo, quod Deus in concreto dicatur existens a forma, quae in conceptu formalissimo Dei afferatur, sicut homo dicitur

animal à forma, quæ in formalissimo esse hominis involvitur. Confirmatio nihil urget, nam neque intellectivum per intellectionem, neque intellectio per intellectivum formalissime constituitur.

Cap. 4: Nonnulla colliguntur ex dictis.

Colligitur 1º: falsissimam esse sententiam illorum, qui docentur, ut testatur M. Granado, essentiam divinam existere per trium Relationum existentias, cum essentia divina ante Relationes intelligatur verum ens simpliciter, et in actu, et consequenter per propriam existentiam existens. Et tam falsa est eiusmodi sententia, ut crediderim authores illos non intellexisse per existentiam id, quod nos in præsenti significamus, sed solum complementum, et perfectionem subsistentiæ, ac proinde solum voluisse essentiam divinam non esse subsistentem ante relationes, quia nullam agnoscebant subsistentiam absolutam, per quam præsuppositam ad relationes essentia divina subsisteret, ut probabilis opinio fert.

Colligitur 2º: falsam esse etiam sententiam illorum thomistarum asserentium humanitatem Christi Domini existere per existentiam divini Verbi. Probatur: humanitas Christi Domini habet suam entitatem realiter distinctam ab entitate divini Verbi: ergo per illam est existens. Consequentia probatur ex dictis, quia entitas eo ipso, quod est entitas dicit in suo formalissimo conceptu existentiam. Et quidem cum esse absolute, et simpliciter ens, et existens convertantur, sicut implicat illam humanitatem esse absolute et simpliciter ens per divinum Verbum, ita implicat esse absolute, et simpliciter existens per existentiam divini Verbi. Neque obstat, si dicas, illam humanitatem, et existere per propriam existentiam, et per existentiam divini Verbi, quia sicut non constituitur ens simpliciter, et in actu per divinum Verbum, ita nullo modo est existens per existentiam Verbi divini.

Colligitur 3º: in Deo præter existentiam absolutam, quæ est communis tribus divinis personis, et est propria divinæ essentiæ, dantur tres

existas relativas correntes tribus divinis personalitatibus. 11
Ita Scotus distinctione 11 q. 2a. P. Suares in 3am partem tomo 1o
D. 2a, et hic lib. 3o cap. 5. Probatr; in Deo n. tres res, et entates
intrse realitr distinctæ, sed n potest multiplicari res, et Entitas
qn multiplicetr existã: ergo in divinis existã multiplicatr. Maior
tam certa mihi videtr, qm dari in divinis tres personas intrse rea-
litr distinctas. Minor ex dictis probatr, q res, et Entitas formalissimé
dicunt existam. Ex quo videbis Pm Montoya, et Magistrum
Albis reducisse quæstionem ad solas voces, dum dicunt existam iam
ee usurpatam pro existã naturæ, n vo pro existã modi, etiamsi mo-
dus reipsa suam propriam haberet existam. Nec meliori alio
fundo utitr, Pr Vasq ad id negandum.

Colligitr 4, quaslibet
perfectiones divas, si p conceptum aliquem percipiantr formaliter
dicere propriam existam distam formalitr ab existã alterius per-
fectionis. Ratio e, nam quælibet perfectio diva, prout formalitr ab
alia condistincta e essalitr ens actuale: ergo quælibet perfectio divi-
na, prout formalitr ab alia condistincta, e essalitr existens. Confirmatr.
quælibet perfectio diva prout formalitr ab alia condistincta dicit ee
aliquid; sed n potest dicere ee aliqd, nisi dicat aliquam entatem,
et consequenter existam: ergo quælibet formalitr dicit entatem propriæ lineæ,
et existam ad propriam lineam spectantem.

Ex his oibus facile
colligitr ratio, cur sit nobis notum, quod Deus existat, n autem sit
notum, qd sit Deus. Nam cum Ens, et existens convertantr, optime
scire possumus aliquod obiectum ee ens ablute, et simplicitr, n
tn sciamus, quale ens sit, ut experientia ipsa demonstrat: similitr
in nostro casu notissimum e existere Deum, q notissimum e Deum
ee Ens ablute, et simplicitr, et condistinctum a nihilo, et adhuc valde
obscurum e, quid eiusmodi Ens condistinctum a nihilo, et in suis prædi-



n. repugnans constituatr.

Dupliciter q. attingi potest obtum aliquod, prout ab aliis distinctum. 1um, quasi in actu signato, enuntiando illud, ipsum ab aliis distingui, qua ratione enuntiatur in hac propositione, homo distinguitur ab equo. 2o quasi in actu exercito, explicando nimirum praedicatum, quod cum homini conveniat, non tamen equis, qua ratione dicitur in hac propositione homo est rationalis. Unde q. 1o modo sit nobis notissimum dari in Deo praedicata, quae ab aliis entibus distinguatur, non tamen 2o modo, quia non recte cognoscimus, et in particulari praedicata divina.

Colligitur 5: ratio, cur enti simpliciter, et in actu existenti, et enti possibili, et in potentia sit conceptus quidam communis, quamvis ens simpliciter, et in actu absolute, et simpliciter sit aliquid, et ens possibile, et in potentia absolute, et simpliciter sit nihil. Pro cuius intelligentia sciendum est, ens in potentia significare duo, in recto subiectum, quod dicitur ens; in obliquo vero negationem essendi. Ens igitur in potentia secundum significatum in recto est ipsum ens existens, nam illud, quod intellectus tunc concipit, est illud ipsissimum, quod in sensu absoluto ponitur, et consequenter conceptus ille communis, qui convenit enti existenti, convenit etiam enti in potentia, et possibili; obliquum vero illud, quod affert ens possibile, et in potentia, non habet conceptum communem cum ente existenti, quia homini, et carentiae hominis non datur conceptus communis in ratione entis.

Colligitur 6: inclusionem hanc existentiis in conceptu formalissimo divinae essentiae debere esse in conceptu essentiae adaequate sumptae, nam cum essentia adaequate sumpta, prout essentia Dei est, includat ens, et ens, et existens convertantur, non est mirum, quod essentia adaequate sumpta includat esse existens, an autem perfectiones divinae possint per conceptus nostros formales inadaequatos, et confusos ita praescindi, ut formaliter non dicant esse ens, et existens, in sequenti quaestione iam decido, quae multum pendet ex dictis in Logica, et in Metaphysica, et quae ideo recolenda sunt ad intelligentiam huius difficultatis.

Q. 3a an perfectiones divinae possint per conceptus nostros formales, et inadaequatos praescindi ab ente, et existenti? Cap. 1um. Explicatis terminis resolvitur difficultas.

Variis conceptibus possunt a nobis attingi divinae perfectiones v.g. intellectivum, volitivum, Omnipotentia, et aliae. 1o Conceptu adaequato, et quidditativo sui obiecti, qui rursus potest esse adaequatus adaequatione reali, vel adaequatione tantum formali. Conceptus adaequatus adaequatione reali tendens circa intellectivum, v.g. est ille, qui formaliter penetrat quidquid est intellectivum a parte rei, et cum intellectivum a parte rei sit volitivum, Omnipotentia, et aliae divinae perfectiones, quae cum ipso realiter identificantur, non concipitur adaequate intellectivum adaequatione reali, quousque omnes eiusmodi perfectiones expresse, et explicite concipiantur, nam adaequate non potest intellectivum concipi adaequatione reali, nisi cognoscatur id, quod est realiter intellectivum. Conceptus adaequatus

Conceptus adaequatus.

adaequatione formali est ille, qui licet formaliter, et explicite non penetret quidquid est intellectivum a parte rei formaliter tamen, et explicite penetrat quidquid perfectionis est intra lineam intellectivi; cum non exhauriatur per illum conceptum quidquid est intra lineam, et perfectionem intellectivi, recte dicitur eiusmodi conceptus adaequatus adaequatione formali, licet non exhauriat quidquid est intra lineam, et perfectionem volitivi, et aliarum perfectionum divinarum. Saepius contingit, quod conceptus adaequatus adaequatione formali non sit adaequatus adaequatione reali, non tamen contingere potest, quod conceptus adaequatus adaequatione reali non sit adaequatus adaequatione formali.

Secundo potest contingere, quamlibet divinam perfectionem concipi conceptu inadaequato inadaequatione etiam formali, qui nimirum non

penetret expresse qd qd perfectionis ē in intlivo, etiam intra suam Lineam. Multipliciter autem potest cōceptus ēē hoc modo inadæquatus. 1º si Conceptus sit ita confusus, ut perfectionem divam ita confundat cum aliis similibus, quæ reperiantur in Creaturis, ut ex vi illius una ab alia n̄ discernatur, qui cōceptus vel de obscurus, et diminutus ē. 2º si cōceptus noster sit clarior, et explicat in prato divino aliquam perfectionem Dei propriam, et fraliter impartibilem à Creaturis, n̄ tn explicet totam illius pratr perfectionem, quam habet fraliter intra suam Lineam, V.g. antequm cōcipiatur intlivum, tanqm virtus infinita potens cōprehendere omnia cognoscibilia, potest cōcipi, ut virtus substantialis, et increata, et n̄ unius tantum obti, scilicet Angeli, quod pratum virtus increata ē proprium Dei, et impartibile fraliter à Creaturis.

His expositis asserendum nobis ē, qnlibet perfectionem divam posse terminare conceptum nostrum fralem, ita cōfusum, et inadæquatum, ut ex vi illius n̄ percipiatur tanqm verum ens, et existens. Probatur conclusio, et claritatis gratia loquamur de intlivo. Intlivum, in linea intlivi dicit virtutem potentem attingere oia cognoscibilia, et insuper n̄ repugnam ad existendum; sed potest p conceptus nostros frales, et inadæquatos attingi, ut virtus potens cōprehendere oia cognoscibilia, qn attingatur, ut n̄ repugnans ad existendum: ergo intlivum potest attingi sm unam cōsiderationem, qn attingatur sm aliam. Sed eo ipso ōiam p cōceptus nostros frales, et inadæquos præscinditur intlivum, à ratione entis, et existentis: ergo potest ita cōtingere, ut præscindatur intlivum à ratione entis, et existentis.

Confirmatur, et magis explicatur ratio præcedens. Quotiescunque ratio superior ē explicabilis in ordine ad aliquod connotatum, in ordine ad quod n̄ explicatur p rationem inferiorem, ratio superior n̄ clauditur fraliter in inferiori, ut in Logica, et in Methaphica abunde à nobis probatum ē, sed ratio entis, et existentis

concipitur in ordine ad aliquod connotatum, in ordine ad quod non concipitur ratio differentialis nempe intellectivum; ergo ratio entis, et existentis non includitur formalissime in conceptu intellectivi per conceptus nostros formales, et inadaequatos consideratis. Minor probatur: ens, quod est ratio superior de omnium perfectionum divinarum explicatur in ordine ad non repugnantiam ad existendum, et intellectivum in ordine ad intellectionem; sed haec sunt connotata diversa: ergo ratio entis, et existentis explicatur in ordine ad connotatum, in ordine ad quod non concipitur ratio differentialis, et consequentia.

Probatur 2º: intellectivum addit aliquid supra ens, cum ens intellectivum plus dicat, quam solum ens, unde ens intellectivum est aliquid ratione nostra compositum ex ente, et ex ratione illa peculiari, quam addit intellectivum supra ens; sed ratio entis potest per conceptus nostros formales, et inadaequatos cognosci, quin cognoscatur differentia illa peculiaris cum transcendentia entis in differentiis, quam ponunt adversarii, non tollat, quod ens possit concipi sine differentiis: ergo ratio illa peculiaris intellectivi poterit per conceptus nostros formales, et inadaequatos cognosci sine ratione entis, et existentis. Confirmatur: saepe loquimur de ente corporeo indivisibili, de spiritu divisibili, de unione hypostatica Verbi cum natura irrationali, et de aliis formis tam substantialibus, quam accidentalibus, tam absolutis, quam modalibus, eis tribuendo aliqua praedicata, abstrahendo ab eo quod repugnent, vel non repugnent: ergo hae differentiae entis non explicant formaliter rationem entis, et existentis.

Statim dices: quaelibet perfectio divina potest per conceptus nostros formales, et inadaequatos praescindi ab ente, et existenti; ergo etiam essentia ipsa divina poterit per conceptus nostros formales, et inadaequatos praescindi ab ente, et existenti, quod est contra doctrinam a nobis statutam: quid enim aliud habet essentia divina, quam quaelibet alia perfectio, ut haec possit ab ente, et existenti praescindi, non vero divina essentia? Dicetur essentiam divinam, etiam formaliter, et per conceptus nostros non posse praescindi ab ente eo ipso,

quod ut essa vera rei concipiatr, nam n potest ccipi ut essa vera rei, qr ccipiatr, ut n involvens cdictionem in existendo, q essa, quę eiusmodi cdictionem involvit, n e vera essa, et si n ccipiatr tanqm n involvens eiusmodi cdictionem, n dum ut vera entis realis essa concipitr, et coentr n potest abente, et existenti pręscindi, si prout essa vera e adęquatione frali concipiatr; quęlibet autem perfectio divina n concipitr p quemcunq conceptum inadęquatum, et cfusum, tanqm propria Dei essa, et tanqm n repugnans in existendo, q n quilibet conceptus e adęquatus etiam adęquatione frali.

Cap. 2: difficultatibus insurgentibus satisfacit.

Insurges 1o: quęlibet perfectio diva etiam fralitr p conceptum illum inadęquatum pręcissa abente, et existenti habet suam essam relucentem in conceptu illo frali; q habet suam existam, qndoquidem essa dicitr abente, et existenti, et coentr nunqm potest abente, et existenti fralitr pręscindi, et quidem nos ipsi quęstione 2a cap. 4 dicebamus, qmlibet perfectionem divam etiam fralitr ab alia cdistam habere suam propriam existam cdistam ab exista alterius, q prout fralitr ab alia cdista e fralitr, et exalitr ens, et entas, quę doctra e regione opponitr cum iis, quę in hac q 3a docemus.

Retr disq ans; habet suam essam obtivè relucentem in ccptu illo frali attingenti illam perfectionem in ordine ad connotata entis, et n repugnantis ad existendum, neq ans; habet suam essam obtivè relucentem in conceptu illo formali attingenti illam perfectionem in ordine ad alia connotata diversa, concedo ans. Hęc distio facile constat ex dictis, et ex nostra senta neganti precisiones obtivas. Itaq in quocunq conceptu, p quem perfectio aliqua divina attingatr relucet sua essa realis, et obtiva intra suam lineam, imo et qdqd e cum illa realitr idatum, n tn attingitr p quemcunq conceptum in ordine ad omnia connotata, et extrinsecos tros, in ordine

Ratio distionis ē, quod si præcisse sumamus gratum essendi à se secundum id, quod explicite, et formalissimè his vocibus importatur, solum significat negationem causæ, aut principii physicè, et realiter producentis, et hoc modo non potest eē adæquatum Essæ divæ constivum, quia hoc modo competit etiam attributis divinis, quæ non habent causam sui, aut principium, physicè, et realiter productivum; si vero sumatur pro perfectione substantialiter infinita, et primaria pertinenti ad lineam Naturæ, hoc modo constituit essentiam divam, atque adeo hæc constituitur per ens à se, quod sit radix reliquarum omium perfectionum, in quo conceptu non solum involvitur, quod sit præcisse à se, sed etiam, quod sit radix perfectionum aliarum, quæ subsequuntur.

Quæs. Per quid tandem Essa diva ultimo, et adæquate constituatur? Cap. 1.

Referuntur prædicata coia, sive quasi coia, et ultimum, et adæquatum

Essentiale constitivum assignatur.

Primo diva essa ē fvalissime ens, et existens, x illud Exodi 3. Ego sum, qui sum; et hoc pratum fvalissimé includi in constitutione divine ess iam docuimus Cap. ... 2o diva essa ē fvalissimé substantia, ut ex sacra Pagina manifestum ē, et definitur in cap. Damnamus de summa trinitate, et fide catholica. Neque obstat S. Augustinum Lib. 7 de trinitate cap. 5 docuisse Deum non dici proprié substam: Nam S. Doctor accepit substantiam, sm vocis Etymologiam, prout dicitur á substando accidentibus: nos vero qm do Deo tribuimus ramem substq, non accipimus illam sm vocis Ethymologiam, sed prout dicit fvalissime non inhgrere, aut adhgrere subto, in quo sensu verissimum ē divam essam ee substam.

3o diva essa ē spiritualis x illud Joannis 4: Spiritus ē Deus, et definita ē hgc veritas in Concilio Lateranensi. Et quamvis ramem substq per negaonem inhgsionis, aut adhgsionis, et ramem spiritus p negaonem dimentionis, aut quantitatis explicemus, non ideo debes intelligere essam divam p aliquam negaonem fvalissimé constitui. Nam revera ratio substq, et spiritus p conceptus positivos fvalissimé constituuntur, sed qa non cognoscimus illos clavé, et expresse, illos denotamus, prout subsunt negaonibus. Idem notavimus circa pratum essendi á se in hac Disp. 2a Sect 4. cap. 2.

4.

Divam essam ee viventem constat ex pluribus S. Scripturq Locis, ex Danielis ultimo. Dominum Deum meum adoro, qa ipse ē Deus vivens. Ex Apocalypsis 5. Adoraverunt viventem in sgcula sgculorum, et sic ex aliis. 5 Divam essam ee intelivam, et volitivam convincunt, tum ea testimonia,

quæ solent afferri in Materia de Scia, et Voluntate, tum quia vivens perfectissimum, et Divum debet utrumque gradum intellectivum illud, et volitivum formaliter includere, ut ex iam dictis manifestum relinquitur. Ideo quia gradus formalissime Divam essentiam formalissime constitui mihi compertum est.

Ratio est, quia omnis res singularis, quæ est essentialiter ens, dicit formalissime aliquam differentiam entis, sed essentia Diva est res singularis: ergo dicit formalissime aliquam differentiam entis. Cum ergo ens dividatur in substantiam, et accidens, corporeum, et spirituale, vivens, et non vivens; et cum Natura Diva non sit accidens, neque corpus, neque non vivens, sequitur, quod formalissime dicat rationem substantiæ, spiritus, et viventis, et consequenter per hæc grata formalissime constituitur. Et præterea cum vivens spirituale formalissime includat intellectivum, et volitivum, Deus quia vivens spiritale formalissime includit vitam intellectivam, et volitivam.

Gradum ultimum, adequatum, et differentiale, per quod essentia Diva formalissime, et metaphysice constituitur, est conceptus radicis primariæ omnium aliarum perfectionum, quæ in Deo reperiuntur, sive est perfectio illa taliter infinita, cui debeantur omnes aliæ perfectiones, tam absolutæ, quam relativæ, sive immediate, sive mediate. Pro hac nostra opinione videntur stare S. Thomas in Lum sextarum distinctione 6. quæstione 1ª, articulo 3. Clarissime illam defendit Scotus quodlibeto 1º, articulo 1º in 2ª ratione, et in 1º distinctione 26. quæstione unica. Et ipse summe articulo 33, § 2ª. Præterea defendunt illam Curiel Lib. 2º Controversiarum Controversia 1ª in 2am Epistolam S. Petri. Fr Granadus 1ª parte Controversia 2ª de Scientia Dei tractatu 5. D. 3ª sect. 4, numero 18. Ægidius Lib. 2º, tractatu 2º, cap. 4. numero 6., et 7.

Iudico eandem debere amplecti opi-

nionem, qui dicunt, Essam divam per infinitatem esse constituendam. Ii sunt Argentinas in 1o. q. 1a. Prologi, et Toletanus q. 6. arculo 8o, solutione 3a. Nam, vel hi PP. dicunt, infinitatem precisé sumptam esse ultimum, et adequatum Deitatis constitutivum. Et sic falluntur, quia etiam attributa diva habent suam infinitatem, et consequenter infinitas non potest esse ultimum, et adequatum constitivum Deitatis: aut loquuntur de infinitate propria Deitatis, et sic nihil aliud docent, quam Deitatem esse perfectionem quamdam taliter infinitam, ut ipsi omnis alia perfectio debeatur tamquam primo fonti, et radici.

Iudico etiam hanc nostram reipsa propugnare opinionem: doctum illum Magistrum, qui asseruit Essam divam adequate constitui per vitam primariam intellualem a se. Nam si hic opinandi modus precise intenderet adequatum Deitatis constitivum esse vitam illam a se primariam intellualem, prout precisse, et formalissimé posita est in linea intelligendi a se, falsum diceret, quia Natura diva etiam posita est in linea volendi a se, et in linea existendi in omni loco a se, et sic de aliis. Si vero accipiat vitam illam intellualem primariam adequaté secundum omnem rationem, et conceptum, quam involvit, hoc modo est radix omnium suarum perfectionum, cum quibus petit identificari.

Cap. 2. Exponitur, et probatur senta nostra.

Haec perfectio primaria, cui debentur per identitatem realem omnes aliis perfectiones, et quam radicem omnium illarum appellamus, divisibilis est formaliter, et methaphisicé in tot partiales radices, quot sunt termini, in ordine ad quos comparari potest. Itaque aliud est radicale intellectionis, et aliud est radicale volitionis, aliud est radicale immensitatis, et aliud est radicale

Eternitatis, et sic de aliis. Nam esse radix unius formalissime loquendo non est esse radix alterius, et consequenter una radix perfectionum nostrum ab alia radice distinguitur. Hæc omnia radicalia concurrunt ad unam radicem totalem, et adæquatam constituendam, quam nos Essam divam appellamus.

Jam ergo ex dictis probatur sententia nostra 1º. Essa diva nullo modo constituitur per intellectionem actualem, neque per collectionem omnium attributorum, et neque per solum intellectivum, aut volitivum, neque per utrumque simul adæquate constituitur: Ergo Essa diva adæquate constitui debet radice adæquata omnium perfectionum attributalium, et personalium. Ans iam abunde probatum est, et consequentia patet, quia si non sufficit radix intellectionis, et volitionis divisive, aut collective sumpta ad constituendam adæquate Essam divam, solum restat, quod constituatur adæquate per radicem intellectionis, volitionis, Immensitatis, et Eternitatis, et aliarum perfectionum, quæ se habent instar actus 2i denominantis. Itaque quamvis intellectivum, et volitivum constituat divam Essam, ut iam probatum est, non tamen adæquate constituit.

Probatur 2º: in Deo debet concedi radicale, non solum rationi intellectionis, et volitionis, sed etiam rationi cuiuslibet alterius perfectionis, quæ se habet per modum actus 2i denominantis: Ergo Essa diva per omnia hæc radicalia constitui debet. Consequentia patet, quia non est maior ratio, quare constituatur per radicale intellectionis, et volitionis, et non constituatur per radicale cuiuslibet alterius perfectionis denominantis. Ans probatur, nam illud dicimus radicale rationi cuiuslibet perfectionis denominantis, quod denominatur ab illis perfectionibus denominantibus; sed in Deo assignare debemus conceptum distinctum qui denominetur ab illis perfectionibus: Ergo assignandum est radicale rationi

cuiuslibet alterius perfectionis, quae se habet per modum actus 2i denominantis.

Probatur: essentia quaelibet increatis dicitur prima radix, et primum adaequatum operationum, passionum, et proprietatum, quae ipsi debentur. Sic essentiam hominis dicimus esse illam radicem, et primum adaequatum operationum sentiendi, intelligendi, et amandi, et cui debetur admirativum, et risibile tanquam proprietas, aut passio. Et idem in aliis entitatibus videre est. Ergo similiter divina essentia constituetur adaequata radice omnium suorum attributorum, et perfectionum, et cum essentia divina sit perfectissima in linea essentiae, non sufficit unum solum radicale ad ipsius adaequatam constitutionem, sed necesse est, quod omnia radicalia collective constituant adaequate.

Rogabis, quomodo possit a nobis confici divinae essentiae definitio? Dico posse tripliciter a nobis concipi essentiae divinae definitionem. 1° si definitio afferat omnes illas perfectiones, quarum est radix essentia divina, in generali, et in confuso, explicando tantum praedicata communia, sive quasi communia, et hoc modo bene potest a nobis definiri essentia divina, asserendo essentiam divinam esse ens substantiale, spirituale, vivens, increatum, infinitum, cui debentur omnes perfectiones simpliciter simplices, aut quae nullam involvunt imperfectionem. In qua definitione non explicatur, quaenam sint illae perfectiones simpliciter simplices, aut quae nullam involvunt imperfectionem.

2° definiri potest essentia divina, si explicetur in ordine ad aliqua attributa, et perfectiones, quarum notitiam habemus, et quae sufficienter distinguant Deitatem ab altero quocumque conceptu, sive increato, sive creato, et haec definitio sufficiens esset, quantum ad hoc, quod explicaret genus, et

differam, non autem, quantum ad hoc, quod est exprimere adequatam constitutionem Deitatis, et hoc modo bene potest a nobis definiri essentia divina afferendo explicite intellectionem, volitionem, Omnipotentiam, et alias perfectiones, quarum notitiam habemus.

3° potest excogitari essentiae divinae definitio, si explicetur in ordine ad omnes eius perfectiones, quae non extra conceptum formalissimum ipsius, ita ut omnes illae explicentur singillatim, et in particulari, et hoc modo non potest a nobis essentia divina definiri, quia nescimus plurimas perfectiones, quae re ipsa ipsi debentur. Hoc intendunt omnes illi Patres, qui dicunt, Deum nullis verbis posse a nobis concludi, et circumscribi. Audiatur Chrysostomus homilia 1a de incomprehensibili Dei Natura: contendere scire, quid sit Deus, extremae esse insaniae iudico. Et homilia 5. Nemo divinae Naturae definitionem reddere ausus est.

Cap. 3. Adversariorum iacula franguntur.

Obiiciunt 1°: homo adequate definitur per animal rationale, sine eo quod in definitione ingrediantur alia praedicata, sive genera superiora: ergo sine tanta multitudine praedicatorum poterit adequate essentia divina definiri, nam eo praecise, quod explicetur genus, et differentia, traditur exacta, et methaphysica definitio rei cuiuscumque singularis, et consequenter essentiae divinae. Respondetur aliud esse inquirere, quid formalissime significetur per hunc conceptum homo ex parte obiecti, et aliud esse inquirere, per quae praedicata entitas illa, quam appellamus hominem, constituatur. Si per hunc conceptum homo solum significetur illa entitas, ut praecise est principium sentiendi, et ratiocinandi, non dubito recte definiri hominem per animal rationale quia tunc traditur exacta, et methaphysica rei definitio, quando respondemus per id, quod in obiecto significat conceptus formalis,

p quem fit interrogatio.

Cum ergo hic conceptus Essa diva, Natura, et Deitas non significent in Deo unum, aut aliud predicatum, sed totam plenitudinem Deitatis, et Essæ, et quidquid in Deo est, quod tamen non sit passio, aut attributum, hinc est, quod recte per omnia illa predicata Essam divam definivimus. Si vero hic conceptus homo, tribus vocibus equivaleat, quidquid in hac entitate est substantiale, et essentiale, et non est passio, aut attributum. Dum homo explicatur per animal rationale, non explicatur adequate, ut homo quia non recensentur omnia illius predicata substantialia, et essentialia, et quæ non sunt passio, aut attributum. Communiter tamen admittitur eiusmodi definitio, quia non sunt aliæ entitates, quibus illa duo predicata conveniant, et illa entitas hominis sufficientissime explicatur, ut ab aliis condistincta.

Obiiciunt 2.º illud est predicatum differentiale rei, quod contrahit, et limitat genus ad rationem specificam talis perfectionis. Sed in Deo illud erit differentia, quod contrahit rationes communes, sive quasi communes, et constituit Deum in sua ratione specifica, atqui eiusmodi est unum solum radicale: ergo diva Essa non constituitur in sua specie per omnia radicalia. Praeter concessionem anti, et 1.æ consequentiae, neque minorem, quæ subsumitur, non limitaret rationem communem, et genericam, non conveniat uni solum radicali, sed omnibus, unde evidenter argumentum retorqueri potest: illud predicatum constituit differentiam Dei, quod contrahit, et limitat genus ad rationem specificam, sed omnia radicalia limitant, et contrahunt genus ad rationem specificam: ergo omnia constituunt differentiam specificam Dei. Itaque aliud est, quod cuilibet radicali conveniat limitare genus, ut sufficienter distinguat, et hoc est verum; et aliud est cuilibet radicali convenire limitare genus, et tanquam differentia adequata constituat. Et hoc est falsum.

Obiiciunt 3: si divina essentia constitueretur ex omni radicali, ultima differentia divinae essentiae esset aggregatum ex pluribus formalitatibus; hoc autem dici non potest: ergo etc. Minor probatur, quia differentia ultima debet esse simplicissima, et indivisibilis, etiam secundum rationem, ut communiter docetur, et Patres affirmant clare differentiam Dei debere esse simplicissimam: ergo non possumus asserere in Deo differentiam ultimam esse aggregatum, sive complexum ex pluribus radicibus partialibus resultans. Respondetur, concedendo maiorem et negando minorem. Non enim est contra Dei perfectionem, neque contra communem doctrinam, neque contra Sanctos Patres asserere ultimam differentiam esse ex pluribus partialibus conceptibus compositam.

Non est contra Dei perfectionem, imo potius hoc arguit maiorem perfectionem in Deo, quando quidem arguit, divinam essentiam talem esse, cui infinitae perfectiones debeantur. Non est contra communem doctrinam, quia dupliciter excogitari potest differentia composita. Primo si constet pluribus conceptibus quorum nullus in alia re reperiatur, et hoc debemus admittere in rationali, quod componitur ex apprehensivo, iudicativo, et discursivo dependenter a fantasmatibus, et per quemlibet horum conceptuum sufficienter homo distinguitur ab aliis omnibus entitatibus. 2° si conceptus singuli divisive non faciant rem differre ab omnibus aliis, sed unus conceptus rem distinguat ab aliis, et alius ab aliis, et hoc etiam modo non repugnat differentia composita, ut videmus in his praedicatis sensibile, rationale, quae collective sumpta faciunt differre hominem ab omnibus aliis entitatibus, cum tamen quodlibet illorum hoc non habeat. Non est contra Sanctos Patres, quia hi solum intendunt ultimam Dei differentiam realiter esse simplicissimam.

Obiiciunt 4: substantia vitalis non potest constitui per id, quod non est vitale; sed radicale

Immensitatis, et Æternitatis, non est aliquid vitale: ergo Deus, qui est substantia vitalis non potest constitui per radicale Immensitatis, et Æternitatis. Respondetur, negando maiorem: esset inconveniens, quod substantia vitalis non constitueretur per aliquid vitale, caeterum, quod simul constituatur per aliquid non vitale, nullum est inconveniens. Sic homo, qui est substantia vitalis constituitur per Ens, et substantiam, quae praecisa in suo formalissimo conceptu nullam important vitalitatem.

Obiiciunt 8: Omnipotentia non habet radicem sui: ergo Deus non constituitur radicali omnipotentiae. Antecedens probatur, quia in creatis potentia operativa est de quidditate substantiae, et consequenter etiam in divinis, nam illud, quod est de quidditate substantiae, et Essentiae creatae est etiam de quidditate divinae Essentiae sublatis imperfectionibus. Respondetur. Primo hoc argumentum non habere difficultatem in sententia thomistarum asserentium, substantiam creatam non esse immediate operativam, sed solum accidentium ministerio; unde in hac sententia ex reali distinctione, quae reperitur in creatis inter substantiam, et ipsius potentiam, habemus fundamentum ad distinguendum in divinis adaequate ratione ratiocinata Essentiam, et Omnipotentiam.

Respondetur 2: quod licet substantia creata defacto existens semper identificet secum potentiam operativam, possibilis tamen est substantia alia, quae utatur potentiis superadditis, tanquam instrumentis sibi concessis ad operandum: cum ergo Deus aequivaleat non solum substantiae creatae defacto existenti, sed etiam cuicunque alteri creabili, possunt cum fundamento ex creaturis desumpto in Deo distingui Essentia, et Omnipotentia, et haec habere Essentiam divinam, tanquam radicem sui. Respondetur 3: quod licet semper in creatis potentia operativa esset de conceptu Essentiae, posset tamen in creatis et in divinis concipi potens, ut quod, sive illud, quod denotatur

potens, et potens, ut quo, sine rao fralis denoandi, et tunc unus conceptus ñ esset fraliter alius, ac proinde raone ratiocinata distingueretur adequate unus ab alio, licet unus esset de quidditate reali alterius.

Disputatio 3. de excellentia Dei respectu omnium aliorum, tam possibilium, quam quae mente possunt excogitari. Quaestio 1a. An Deus sit omnium possibilium ens excelentissimum?

Caput 1. Affirmativa pars statuitur, et probatur.

Postquam Dei existam, et methaphisicam ipsius quidditatem simus contemplati, excelentissimam eius supra omnes alias entates perfectionem indagemus. In quo duplex occurrit difficultas. 1a est si comparemus Deum cum omni ente possibili, 2a si comparemus Deum cum omni eo, quod etiam mente potest excogitari. de 1a difficultate in hac quaestione agemus, et de 2a in sequenti. Pars affirmativa est de fide, et de illa ñ est dubitandum. Explicant, et illustrant hanc veritatem omnes Interpretes S. Thomae, et Scholastici DD tum pluribus Scripturis, et S. PP. testimoniis, tum urgentissimarum raonum pondere.

Probatur tn á nobis probatur 1. ab authoritate. Et inprimis ex illo Luc. 18: nemo bonus, nisi solus Deus. Horum enim verborum perspicuus sensus est, quod quamvis plura extra Deum secundum se considerata sint bona, si tn cum ipso Deo comparentur, tam notabilis invenitur excessus, ut tanquam nihilum reputentur. Consonat Isaias cap. 40, inquiens, Omnes gentes, quasi ñ sint, sint sic coram eo, et quasi nihilum, et inane reputatae sunt ei. Et illud Sapientiae 11 tanquam

momentaneum statere, sic ē ante te Orbis terrarum, et tanqm. gutta roris ante Lucanũ, quę decendit in terram. Item probatr ex psalmo 34: Domine quis similis tibi? ac si diceret, tanta ē excelentia tuę perfectionis, ut nulla Creatura posit tibi comparari. Audiatr iterum Isaias 46: cui assimilastis me, et adęquastis, et comparastis me, et fecistis similem?

Ex Patribus plures eandem veritatem depredicant, ut videre ē apud Authores. Inter aliós audiendus ē Augustinus Lib. 1º de doctra christiana cap. 7. omnes pro excellentia Dei certatim dimicant, nec quisqͣ inveniri potest, qui hoc Deum credat ēē, quo melius aliqd ē. Dionisius de divis noibus cap. 8. Divinitas omni Essentię prestat. Anselmus in Monologio cap. 14: summa Essa oio maior, et melior ē, qm quidquid nō ē quod ipsa ē. Et cap. 2º loquendo de Deo ait, necesse ē aliqd esse maxum, et optimum, id ē, summum oium quę st. Quoniam autem in re manifestissima sumus, varium n̄ ē alia SS. testimonia congerere.

Probatr 2. à ratione. illud quod habet perfectionem absque aliqua limitatione, excellentius ē eo, quod habet perfectionem cum limitatione. sed Deus habet perfectionem absq. aliqa limitatione, et ad qd ē extrà Deum cum Limitatione, ḡ Deus quid excellentius ē omni alio extra ipsum Deum. Maior ē certa, et coa. legitimè infertr, probatr Minor, q̄ Deus nullam habet causam, unde illius perfectio limitetr, habet n. à se suam perfectionem, taliterq ē in se perfectus, ut sit Eius fons, et origo cuiuscunq alterius perfectionis; omnia ṽ alia extra Deum accipiunt suam perfectionem ab alio, unde habent perfectionem limitatam, l. pro voluntate dantis, l. q̄ natura cuiusuis alterius extrà Deum n̄ sustinet oiem, et quacumq perfectionem. Deus autem secum componit oiem perfectionem nullà admistam imperfectione. Probatr 3. Deus ē omnium rerum causa [...]

hoc ē ita. Deus concurrit ad alia omnia extra se, ut n̄ sint possibiles res aliquæ extra Deum ad quas producendas, n̄ concurrat tanq̄m causa 1a; sed n̄ concurrit tanq̄m causa univoca, nam n̄ ē possibilis effectus eiusdem speciei cum ipso Deo, alioquin possibilis esset alius Deus: ergo concurrit tanq̄m causa æquivoca, quæ n̄ indiget consortio alterius (n̄ loquor de peccato) ad producendus effectus; atqui oīs causa æquivoca adæquata perfectione superat suum effectum: ergo Deus perfectione superat oēm entitatem creatam, et creabilem. Et quamvis vera esset sententia Durandi asserentis n̄ concurrere Deum immediatē cum creaturis ad suas operationes, haberet vim hoc argumentum, quia causa illa æquivoca immediata cum qua Deus n̄ concurrit veniret immediatē à Deo, et consequenter Deus esset causa æquivoca saltem mediata cuiuslibet effectus.

Probatur 4: illud quod ē summē necessarium in existendo, et absolutē et simpliciter deficere n̄ potest, et nullam habet secum admixtam imperfectionem ē excellentius omni eo, quod n̄ ē summē necessarium in existendo, et absolutē, et simpliciter deficere potest, et plurimas habet imperfectiones, sed omne creatum, et creabile n̄ ē summē necessarium in existendo, et absolutē, et simpliciter deficere potest, et plurimas habet secum admixtas imperfectiones: ergo Deus, qui ē ens summē necessarium in existendo, et absolutē, et simpliciter deficere n̄ potest, et nullam habet secum admixtam imperfectionem, ē excellentior omni ente creato, et creabili.

Cap. 2. Dubium occurrens resolvitur.

Existimaret aliquis hanc maiorem excellentiam q̄ ē entis creati et creabilis competere Deo ratione essentiæ divinæ, n̄ v̄o ratione cuiuslibet alterius perfectionis. Quare explicandum modo ē, an Deus n̄ solum ratione divinæ essentiæ excedat quamlibet entitatem creatam

et creabilem, sed etiam ratione cuiuslibet alterius perfectionis in ipso Deo existentis? Tertio, quod cum communis omnium sententia non solum Deum esse Ens omnium excellentissimum ratione suae Essentiae, sed etiam quamlibet eius perfectionem comparatione facta ad res creatas, et creabiles esse etiam excellentiorem omnibus creaturis possibilibus. Probatur ratione. Nulla est in Deo perfectio, quae intra propriam lineam non sit quid increatum, infinitum, necessario existens, et nullo modo potens deficere; omnium autem, et singularum creaturarum perfectio est creabilis, supponens sui causam, finita est, potest deficere, imo et numquam existere: ergo omnes, et singulae Dei perfectiones infinite excedunt omnes, et singulas perfectiones creatas. Consequentia probatur, quia finitum infinite exceditur ab infinito: cum ergo Deus in omnibus, et singulis suis perfectionibus non habeat aliquam limitationem, et sit infinitus, nam in linea durationis est infinitus, cum sit a se aeternus, in linea praesentiae est infinitus cum sit a se immensus, et sic de aliis attributis, et perfectionibus; et omnes et singulae perfectiones creatae limitentur per esse ab alio, per defectibilitatem, et per innumeras alias imperfectiones, fit, quod omnes, et singulae Dei perfectiones excedant infinite quidquid est in creaturis.

Nec huic veritati potest obstare, quod haec vox perfectum ex propria nominis significatione significet id, quod est totaliter, et consummate est factum, qua ratione Deum non posse dici perfectum docuit divus Isidorus lib. 1 sententiarum cap. 2 sent. 4 his verbis: *De consummatione alicuius facti* dicitur perfectio. Deus autem, qui non est factus, quomodo est perfectus? hoc inquam non obstat, nam vox illa non accipitur secundum illam nominis Ethimologiam, sed pro eo, quod habet actu omnia quae debita sunt, et conveniunt propriae ipsius naturae, ut accipitur a Patre, et S. Thoma, et ab omnibus aliis DD. Qua ratione Deum esse

perfectum nemo negare potest.

Contra statutam veritatem sic oppones: melius ē vivere, qm̄ n̄ vivere: ẜ illa perfectio, quę fralissimé dicit vitam, erit perfectior alia, quę fralissimé n̄ dicit vitam; atqui angelica substa ẜ fralissimé dicit vitam, Omnipotia ṽ diva, Eternitas, et Immensitas n̄ dicunt fralissimé vitam: ẜ perfectior ē angelica substa, qm̄ Omnipotia diva, Eternitas, et Immensitas ſm explicitum, et fralissimum respectum, quem important. Confirmatr: ideo coitr dicitr hominem ēē perfectiorem Cœlo, ẜ licet Cœlum sit incorruptibile, gradum tn viventis, quod reperitr in homine facit, hoēm ēē excellentiorem Cœlo n̄ viventi: ẜ gradum viventis, quod reperitr in Angelica substantia, facit, et hanc ēē excellentiorem gradis divinis, in quibus ratio viventis n̄ invenitr. Retr, dis ans: melius ē vivere, qm̄ n̄ vivere, quando cętera sunt paria; Concedo antecedens, quando qmdo cętera ſ imparia, neg ans. Itaq in quacunq comparatione attendi debet adęquatus conceptus extremorum; solet n. ens ad lineam nobiliorem pertinens habere diffram aliqm, qua tota illa perfectio limitetr, et coarcetr, et solet ens pertinens ad lineam minus nobilem habere diffram diffram aliqm, qua superet ens pertinens ad lineam nobiliorem. Unde qmvis angelica substa sit fralitr, et explicité vivens, Immensitas ṽ Omnipotia, et Eternitas n̄ sint fralitr, et explicité viventes, habent tn hę perfectiones divinę diffram illam essendi a se, qua infinités supperant angelicam substam, licet viventem.

Concludit quidem hoc argutum angelicam substam, quę ē fralitr, et explicité vivens excedere Eternitatem, et Immensitatem coes Deo, et Creaturis, prout scilicet abstrahunt ab Eternitate, et Immensitate, quę ſ a se, et ab

Et ab Æternitate, et Immensitate ab alio, quales non quae possunt communicari Creaturis, quandoquidem bene potest Deus producere aliquam Creaturam Immensam, et Æternam, non vero concludit excedere Immensitatem, et Æternitatem, prout non a se, et Dei propria. Quapropter falsum est dicere, melius esse vivens, quam non vivens, si universaliter sumatur, hoc est, melius est esse vivens, quam omne non vivens, si vero non sumatur ita universaliter, sed sit hic sensus, melius est vivens, quam aliquod non vivens, aut quam ratio communis non viventis, est verum. Ad rationem Petri, esse melius esse hominem corruptibilem, quam Cœlum incorruptibile, quia licet incorruptibile comparatum cum corruptibili secundum se sit perfectius, differentia non per quam corruptibile se habet ad hominem, facit, quod homo corruptibilis sit perfectior Cœlo incorruptibili.

Cap. 3. An Deus superet in perfectione Coniunctum resultans ex ipso Deo, et Creatura?

Hucusque comparavimus Deum, et eius divinas perfectiones cum omni ente pure creato, et creabili, et cum omni complexo, in quo ipse Deus formaliter non continetur. Modo comparamus Deum cum complexo, sive connexo resultanti ex ipso Deo, et aliquo creato, et inquirimus, an eiusmodi complexum, sive coniunctum sit absolute melius ipso Deo seorsim sumpto. Circa quod triplicem invenio sententiam. Prima affirmat eiusmodi coniunctum non solum extensive, sed etiam intensive esse perfectius, quam Deum praecise sumptum: Ita aliqui, quos expresso nomine adducit Pater Reynaudus distinctione [illegible] articulo 2.

Secunda sententia tuetur neque intensive, neque extensive excedit Deum in perfectione ab eiusmodi coniuncto. Ita P. Fasolus quaestione 6 de bonitate Dei articulo 2. dubitatione unica existimans eiusdem esse opinionis D. Thomam, S. Bonaventuram, Vacarium, Ksimonem, et alios. 3a sententia cum distinctione procedit, et inquit, praedictum coniunctum non esse

intensive perfectius solo Deo seorsim sumpto, esse tamen extensive perfectius. Ita Durandus in 1° distinctione 44, q. 5ª; Suarez lib. 1 de Essentia Dei cap. 5; Vasquez 1ª parte D. 130, cap. 1°, et alii. Nos in hoc puncto breviter aliquibus conclusionibus nostram mentem aperiemus.

Dico 1: coniunctum resultans ex Deo, et Creatura, non est intensive perfectius solo Deo seorsim sumpto. Probatur: illud coniunctum eatenus esset intensive perfectius solo Deo, quatenus Creatura inclusa in illo coniuncto non contineretur eminenter in Deo, aut quamvis eminenter contineatur, ut re ipsa continetur, Deus esset absolute imperfectus, si Creatura deficiat; sed creatura inclusa formaliter in illo coniuncto continetur eminenter in Deo, et ipsa formaliter deficiente Deus maneret tam perfectus, ac antea erat: ergo coniunctum illud resultans ex Deo, et Creatura tamen non est intensive perfectius solo Deo seorsim sumpto. Discursus totus est evidens, nam perfectio intensiva substantialis tunc datur, quando una pars non continetur eminenter in alia, aut quando quamvis contineatur eminenter, illa formaliter deficiente, altera non manet tam perfecta, ac antea erat.

Dico 2: si aliqua maior perfectio concedenda est eiusmodi coniuncto comparatione Dei seorsim sumpti, ea debet esse solum extensiva. Probatur: illud coniunctum dicit totam perfectionem, quam dicit Deus seorsim sumptus, et insuper addit aliam, quam non dicit formaliter Deus: ergo hoc coniunctum est perfectius Deo seorsim sumpto, saltem extensive. Maior probatur: quia illud est perfectius alio saltem extensive, quod dicit perfectionem, quam non dicit aliud, et praeterea dicit perfectionem quam aliud dicit; sed sic se habet hoc coniunctum comparatione Dei seorsim sumpti: ergo hoc coniunctum est perfectius Deo seorsim sumpto, saltem extensive. Et quamvis perfectio illa creata contineatur eminenter in Deo, non tamen continetur formaliter; cum ergo

in illo coniuncto afferatur formaliter duplex illa perfectio increata, 48
et creata, saltem extensive evadit perfectius illud coniunctum.

Confirmatur: quamtumvis Creatura contineatur eminenter in Deo, coniunctum ex Deo, et Creatura formaliter existenti, est duo entia; at Deus continens eminenter Creaturam est unicum tantum Ens. Ergo quamvis Deus contineat eminenter creaturam, fit numerus ex Deo, et Creatura maior, quam ex solo Deo praecise sumpto. hoc totum est evidens: ex quo sic argumentor: illud coniunctum est duo entia, et duo bona, et duo perfecta: ergo maior est extensive perfectio illius coniuncti. Consequentia probatur, quia per hanc maiorem perfectionem extensivam nihil aliud intendimus, quam quod, sicut est numerus maior ex utraque illa perfectione resultans, ita maior perfectio extensiva complexit. Unde si aliqua maior perfectio illi coniuncto est concedenda, eo solum est haec extensiva perfectio.

Dico 3: coniunctum illud indistincte consideratum in ratione coniuncti resultantis ex Deo, et creatura, ut est totum quoddam a parte condistinctum, est minus perfectum absolute loquendo, quam solus Deus seorsim sumptus. Haec conclusio est contra communem sententiam, quae tanquam certum supponit, Deum seorsim sumptum non esse magis perfectum, quam coniunctum, in quo ipse Deus formaliter includitur. Probatur 1: Ens summe necessarium in existendo, indefectibile, et improducibile, est absolute perfectius quolibet alio, quod non sit summe necessarium in existendo, et quod sit defectibile, et producibile; sed Deus seorsim sumptus est Ens summe necessarium in existendo, indefectibile, et improducibile, et coniunctum illud non est summe necessarium in existendo, indefectibile, et improducibile, quandoquidem Creatura, quae tanquam pars includitur in illo coniuncto, est contingens, defectibilis, et producibilis: ergo et cetera.

Probatur 2: coniunctum illud non est infinitum in perfectione: ergo Deus seorsim sumptus infinite excedit illud coniunctum. Consequentia est evidens, nam illud, quod est infinitum in perfectione, infinite excedit omne aliud, quod non est tale. Antecedens probatur: infinitum in perfectione dicitur illud, quod continet omnem perfectionem simpliciter et nullam secum admiscet imperfectionem; unde ex duplici conceptu componitur, ex continentia nimirum omnis perfectionis possibilis, et ex carentia omnis imperfectionis; sed coniunctum illud in ratione talis, licet contineat omnem perfectionem simpliciter, quia Deum continet, continet tamen aliquam imperfectionem, quia continet creaturam: ergo coniunctum illud indivisibiliter sumptum non est infinitum simpliciter in perfectione.

Caput 4um.

Contra hanc doctrinam opponunt adversarii.

Contra hanc conclusionem insurges 1: illud coniunctum, quod fieri potest ratione ratiocinata ex partibus formalissime constituentibus divinam essentiam, et ex attributis divinis est perfectius intensive essentia divina seorsim sumpta, licet attributa contineantur eminenter in essentia: ergo quamvis creaturae contineantur eminenter in Deo, coniunctum tamen illud ex Deo et creaturis resultans, intensive erit perfectius solo Deo seorsim sumpto. Respondetur admittendo cum communi sententia antecedens, et negando consequentiam. Ratio disparitatis est, nam quamvis attributa contineantur eminenter in essentia divina, adhuc tamen essentia divina sine attributis esset imperfecta, et indigens attributorum complemento; Deus autem non esset imperfectus sine creaturis, neque indiget illarum consortio. Tunc autem non datur maior intensiva perfectio, quando unum taliter continetur in alio, ut si formaliter existat, continens non perficiatur.

Insurges 2: instando contra solutionem datam; stat optime unum contineri eminenter in alio, et adhuc coniunctum ex utroque resultans

ẽẽ intensivè perfectius continenti, licet pars inclusa n̄ ordinetr
ad complendum, et perficiendum partem c̄tinentem: Ergo ex eo quod
Deus contineat eminenter Creaturas, et illis n̄ perficiatr; n̄ bene in-
fertr coniunctum ex Deo, et creaturis resultans, n̄ ẽẽ intensivè per-
fectius solo Deo seorsim sumpto. Ans probatr: coniunctum ex Luce,
et calore resultans ē intensivè perfectius sola Luce seorsim sumpta,
quamvis calor contineatr eminenter in Luce, et Lux n̄ perficiatr per
calorem. Non ergo bene infertr coniunctum ex Deo, et Creaturis resul-
tans n̄ ẽẽ intensivè perfectius solo Deo, ex eo quod Deus n̄ perficiatr
per creaturas, quas continet eminenter.

Respr Dist° ant: stat optimè unum
contineri eminenter in alio eminentia participata subordina-
ta alteri, atque inadæquata, et adhuc coniunctum ex utroque resul-
tans ẽẽ intensivè perfectius continenti, licet pars inclusa n̄ ordi-
netr ad complendum, et perficiendum partem continentem, concedo;
si omitto ans: stat optimè unum contineri eminenter in alio emi-
nentia à se, n̄ subordinata alteri, atque adæquata, nego ant. Calor
quidem continetr eminenter in Luce continentia quadam parti-
sipata, quia ē ens ab alio, subordinata alteri, quia petit consortium causæ
2æ ad producendum calorem, et continentia inadæquata, quandoqui-
dem sola Luce n̄ ē adæquata causa caloris, unde infertr, quod con-
iunctum ex Luce, et calore resultans possit ẽẽ intensivè per-
fectius, licet una pars n̄ ordinetr ad alteram complendam, et per-
ficiendam; Creaturæ vero continentr eminenter in Deo continentia
eminentiali à se, n̄ subordinata alteri, et adæquata.

Insurges:
iterum instando contra solutionem, sequitr ex hac doctrina, coniunc-
tum ex Deo, et peccatis ẽẽ intensivè perfectius solo Deo, quandoqui-
dem Deus n̄ continet adæquatè peccatum, cum ipse solus n̄ possit
producere peccatum. Respr nego sequellam. Requiritr quidem

continentia adęquata, ut non resultet totum intensivè perfectius, sufficit tamen continentia adęquata, licet immata, et mediata. Constat quod Deus non contineat eminenter adęquatè immatè peccatum; continet tamen eminenter adęquatè immatè voluntatem creatam producentem peccatum, et hęc continentia mediata quoad peccatum sufficit, ut coniunctum illud non sit intensivè perfectius solo Deo. Poteris etiam dicere, peccatum in ratione peccati per illam moralitatem peccati, nullam dicere perfectionem.

Contra 2am conclusionem arguitur 1°: omnis extentio resultat ex coniunctione partium eiusdem rationis, aut si partes sint diversę rationis debent esse ex natura sua ordinatę ad unum totum continuum componendum, sed nec Deus est eiusdem rationis cum Creatura, neque ordinatur cum illa ad unum continuum componendum: ergo ex Deo, et Creatura fieri non potest maior extentio. Respondetur distinguo maiorem: omnis extentio, quę fit ex partibus continuatis, concedo maiorem; omnis extentio, quę fit solum ex multiplicatione entitatum, nego maiorem. Nos non intendimus ex Deo, et Creatura fieri maiorem extentionem continuativam, sed solum maiorem numerum entitatum.

Arguitur 2° finitum additum infinito non facit maius: ergo Creatura coniuncta cum Deo, qui est infinitus in omni genere entis, non faciet cum illo maius. Respondetur nego antecedens, nam infinito quoad extentionem, si denuo addatur una ulna, faceret cum illo maius, et infinito quoad intentionem, si unus alius gradus superveniat, maior intentio resultabit, ac proinde non est contra rationem infiniti, quod fiat maius ex additamento alicuius finiti, si possit fieri additio; cum ergo Deo, licet sit infinitus in omni genere entis possit addi formaliter Creatura, quę solum in Deo eminenter continebatur, potest ex Deo et Creatura aliquid maius extensivè resultare.

Contra 3am conclusionem obiicitur 1°.

omne totum ē maius sua parte, sed coniunctum ex Deo, et Creatura ē totum comparatione Dei seorsim sumpti: ergo coniunctum ex Deo, et Creaturis ad perfectiones Dei seorsim sumpti. Respondetur distinguendo maiorem: omne totum ē maius sua parte in numero entitatum, concedo maiorem: omne ē maius sua parte in perfectione, nego maiorem. Quatenus totum includere maiorem numerum entitativum, admittimus, quod non excedit quod admittat maiorem numerum entitatum coniunctum ex Deo, et Creaturis formaliter resultans, sed tamen dicendum sit infinitum in perfectione, sicut dicitur Deus seorsim sumptus.

Obiicitur

2: omne totum includit perfectionem suarum partium, sed totum ex Deo, et Creaturis resultans includit partem absolute et simpliciter infinitam: ergo totum ex Deo, et Creaturis ē absolute, et simpliciter infinitum in perfectione. Respondetur distinguendo maiorem: omne totum includit perfectionem suarum partium, et simul imperfectionem, quae potest ex aliqua illarum provenire, concedo maiorem; includit perfectionem suarum partium, exclusā imperfectione, quae potest ex aliqua illarum provenire, nego maiorem. Et sic non quaerit, quod illud totum non sit absolute, et simpliciter infinitè perfectum in perfectione entitativa, nam infinitum in entitativa perfectione dicit non solum positivam continentiam omnis perfectionis positivae, sed etiam carentiam omnis imperfectionis. Cum ergo Deus seorsim sumptus sit infinitè perfectus in entitativa perfectione infinitè excedit illud coniunctum in ratione talis, quod non infinitum in perfectione.

Obiicitur 3: non potest non esse infinitum in perfectione illud quod includit aliquam partem absolute, et simpliciter infinitam in perfectione, sed illud coniunctum includit aliquam partem absolute, et simpliciter infinitam in perfectione: ergo illud coniunctum non potest non

ēē infinitum simpliciter in perfectione. Ret. neque marem: nam illud coniunctum, ut iam vidimus, non desinit ēē simpliciter infinitum in perfectione entativa ex eo quod non includat aliquam partem alibi, et simpliciter infinitam, in perfectione entativa; quandoquidem revera illam includit: desinit quidem ēē infinitum simpliciter in perfectione ex eo quod ex altera parte, quam includit haurit imperfectionem, et contra bene potest stare, quod claudat aliquam partem in perfectione simpliciter infinitam, et adhuc coniunctum ēē simpliciter in perfectione infinitum.

Q. 2. An Deus sit excellentior omni eo, quod etiam mente potest excogitari? cap. 1. veritas stabilitur.

Ex dictis evidenter colligitur, Deum ēē excellentiorem pluribus, quae mente possunt excogitari; cum sit excellentior omnibus possibilibus, quae mente concipi possunt; quandoquidem ea, quae possunt existere mente etiam possunt excogitari. Ceterum cum ex iis, quae mente possunt excogitari, alia sint possibilia, et alia contradictionem, et repugnantiam involvant, et in praecedenti q. comparaverimus Deum cum omnibus, quae sunt possibilia, in praesenti comparamus illum cum iis, quae sunt impossibilia, et repugnantiam involvunt.

Ceterum quod asserendum est, nullum impossibile mente nostra concipi posse, quod dum manet in statu impossibilitatis non excedatur infinite à Deo in perfectione. Si ergo mente concipias alium Deum, sive quodcumque aliud ens impossibile, illud non adaequat neque minimam Dei veri perfectionem, ut res modo sunt, hoc est stante impossibilitate illius entis impossibilis, et summa actualitate, et existentia veri Dei. Haec veritas probari solet ex illo Ecclesiastici 43: Glorificantes Dominum quomodocumque potueritis, supervalebit non adhuc; et admirabilis magnificentia eius, benedicentes Dominum, exaltate illum, quoniam potestis, maior est enim omni laude

Illustria etiam n̄ S. PP. testimo-
nia pro hac veritate confirmanda. S. Anselmus in Proslogio
ita habet: Deus ē id, quo maius cogitari n̄ potest, quem qui bene
intelligit, utiq; intelligit id ipsum sic ēē, ut nec cogitatione
queat n̄ ēē. S. Bernardus Lib. 5 de consideratione ita loquitr:
Ascende, si adhuc potes ad aliqd altius, et exaltabitr Deus. S. Augu-
stinus Lib. 7 confessionum cap. 4. Neq; n. ulla anima unquam potuit,
poterit ve cogitare aliqd, quod sit te melius, qui summum, et
optimum ē. S. Dionisius frequentr docet n̄ alia rõne melius
à nobis cogitari Deum, quam p negationem, et ideo n̄ vocat Deum
absolute subtam, sed supersubtam, n̄ bonitatem, sed superbo-
nitatem, quo loquendi modo nobis declarat Dei excellentiam.
q quodcunq; aliud, quod mente potest concipi, et excogitari. Probatr
rõne veritas statuta 1o: melius ē id, quod ē, aut ēē potest,
qm quod n̄ ē, neq; ēē potest, sed solum cogitari: atqui Deus ē
melior omni eo, quod ē, aut ēē potest: q et omni eo, quod mente
concipi, et cogitari potest. Argutum ē desumptum à maiori
ad minus. 2o: ut aliqd, quod cogitari potest, superet perfectio-
nem Dei, debet habere id, p quod superare dicitr Dei perfectio-
nem; atqui illud impos̃le, quod cogitatr nihil habet, p quod superet Dei
perfectionem: q n̄ potest superare, imo nec æquare Dei perfectionem. Mi-
nor probatr: q illud impos̃le, quod cogitatr, n̄ ē ut cogitatr, imo repug-
nat ēē, ut cogitatr: q nihil habet, p quod superet Dei perfectio-
nem.

3o: illud quod habet ēē à se infinite perfectum, et absq; ulla
mixtura imperfectionis infinite melius ē eo, quod n̄ habet ēē à se
imo repugnat illi, quodcunq; ēē physicum, et reale, sive à se, sive ab
alio; sed Deus ē Ens infinite perfectum, et absq; ulla mixtura
imperfectionis; et illud impos̃le, quod cogitatr n̄ habet ēē

à se, imo repugnat illi quodcunque esse physicum, et reale sive à se, sive ab alio. 3. Deus est infinite melior illo ente impossibili quod cogitatur. 4. id de quo omnis perfectio simpliciter affirmari potest melius est eo, de quo omnis perfectio simpliciter negari potest sed de Deo potest affirmari omnis perfectio simpliciter, de impossibili autem negari potest. Ita.

Asserendum est 2. non futurum absolute, et simpliciter, Deum verum imperfectiorem illo alio Deo, chymerico, et impossibili, qui haberet formaliter omnes perfectiones, tam divinas, quam creatas, in hypotesi, in qua ille impossibile supponeretur existens. Haec conclusio probatur ex dictis in praecedenti; nam verus Deus continet formaliter omnes divinas perfectiones, et eminenter omnes alias Creaturarum: Deus autem iste chymericus, et impossibilis contineret formaliter omnes eas perfectiones. Et nihil perfectionis daretur in hoc Deo chymerico, quod non contineretur perfectissimo modo in Deo vero, et reali. Ita ad summum infertur illum Deum chymericum in hypotesi impossibili, in qua supponeretur existens, futurum extensive perfectiorem Deo vero, et reali quatenus contineret formaliter ultra perfectiones divinas perfectiones etiam creatas, quas Deus verus, et realis solum eminenter continebat.

Asserendum est 3: Deum verum, et realem absolute, et simpliciter esse perfectiorem illo Deo chymerico, et repugnante includenti formaliter, sive per unionem, sive per identitatem omnes divinas, et creatas perfectiones, quomodocumque facias hypotesim, in qua supponatur possibilis, et existens. Haec etiam resolutio constat ex iam dictis. Nam quaevis perfectio habens admixtam imperfectionem infinite superatur à perfectione continenti omnem perfectionem possibilem, et nullam omnino imperfectionem; sed Deus ille chymericus, licet facias hypotesim, in qua supponatur possibilis, et existens, plurimas haberet admixtas imperfectiones, esset enim formaliter Equus, Musca, Leo, haberet potialitatem

in existendo, et dependeam ab alio: ergo Deus ille chymaericus infinite superaretur à Deo vero, et reali, licet facias hypothesim, in qua ille supponeretur possibilis, et existens. 52

Cap. 2. Aliqua levia argumenta refelluntur.

Contra hanc assertionem dices 1: intellectus verè percipit, et cognoscit obiectum harum vocum maius, et melius Deo: sed obiectum harum vocum est aliquid maius, et melius Deo: ergo intellectus percipit, et cognoscit aliquid maius, et melius Deo, et consequenter Deus non est maior, et melior omni eo, quod ab intellectu potest excogitari: Respondeo dissinguo minorem; sed obiectum harum vocum est aliquid maius, et melius Deo in re, nego minorem; est aliquid maius, et melius Deo, obiectivè tantum; concedo minorem; et eodem modo distinguendum est consequens. Aliud itaque est posse intellectum excogitare aliquid esse maius, et melius Deo, et hoc fatemur benè posse contingere, et aliud est, quod illud, quod excogitatur in se sit maius, et melius Deo, et hoc asserimus non posse contingere, quia illud impossibile, quod excogitatur, non habet aliud esse, nisi excogitatum; atqui melius est habere esse physicum, et reale, quam solum excogitatum: ergo etc.

Dices 2: benè potest intellectus noster cognoscere aliquid esse melius Deo re ipsa: ergo iam illud, quod ab intellectu excogitatur, erit aliquid re ipsa melius Deo, et non solum obiectivè. Respondeo concesso antecedenti, distinguendo consequens: ergo iam illud, quod excogitatur, erit melius Deo re ipsa in repraesentatione tantum; concedo consequentiam: in se; nego consequentiam. Itaque verum est, intellectum posse habere pro obiecto, quod aliquid sit re ipsa melius Deo, non tamen ideo aliquid erit, re ipsa melius Deo, quia in se non est, sicut re ipsa esse excogitatur. Aliud non est obiectum excogitari re ipsa esse tale, et aliud est, quod re ipsa sit tale, sicut excogitatur, fatemur bene posse intellectum excogitare aliquod obiectum esse re ipsa melius Deo, negamus tamen re ipsa, et in se esse obiectum illud, sicut excogitatur.

Quis n̄ dubitat, me posse repraesentare chymæram, reipsa existentem in rerum natura, num quid ex hac ipsa repraesentatione reipsa existet chymæra in rerum natura?

Dices 3.° illud quod ab intrû excogitatr. sm̄ ēē, quod habet, ē melius Deo: ergo benè potest ab intrû excogitarì aliqd, quod sit melius Deo. Ans probatr: illud, quod ab intrû excogitatr solum habet ēē obtivum, et intentionale, sed sm̄ ēē obtivum, et intentionale ē melius Deo, nam sm̄ hoc ēē obtivum, et intentionale nihil aliud habet, nisi denominationem, quam accipit ex eo quod ab intrû hoc, vl illo modo cognoscatr: ergo sm̄ ēē, quod habet, ē melius Deo, et contra erit verum dicere, quod impossibile ab intrû excogitatum sm̄ ēē, quod potest habere sit melius Deo.

Rñetr, nos iam concessisse, posse aliqd ēē Deo melius obtivè, et sm̄ ēē intentionale, et apprehensum; hoc ē benè posse intellectum nostrum apprehendere aliqd, ut melius Deo: asserimus tn̄ quod illud, quod cogitatur in se n̄ sit melius Deo. Unde, ut doctrina statuta falsitatis convinceretr, deberet aliqd mente concipì, quod cum veritate, et in se esset melius Deo, ita, scilicet, ut illi obto, quod concipitr, ut melius Deo, maior revera perfectio conveniat, qm̄ Deo competit. Neq. satis ē obtum apprehendi, ut melius Deo, ut in se sit melius Deo, nam etiam possumus apprehendere Deum, ut creaturam, qn tn̄ Deus in se sit creatura; quare si obtum illud in se n̄ habet ēē, neq. potest habere, clarius convincitr in se n̄ fore melius Deo.

Contra 2am conclusionem obiici potest: Deus verus, et realis n̄ continet formalitr perfectiones oīum creaturarum: ergo si esset possibile, et existens aliud ens, quod ultra divas perfectiones contineat etiam formalitr perfectiones creaturarum, perfectius erit Deo defacto existenti. Ans ē certum, et cōa probatr: plus ē continere eminentr, et formalitr perfectiones, qm̄ solum eminentr continere, sed huiusmodi ens,

de quo loquimur, contineret eminenter, et formaliter perfectiones: ergo si esset possibile, et existens, perfectius esset Deo de facto existenti.

Respondetur 1°: ens per accidens coalescens ex omnibus perfectionibus divinis, et perfectionibus creaturarum non esse intensive perfectius Deo vero, et reali, licet supponatur possibile, et existens, quia omnis ea perfectio formalis, quae ultra divinam daretur in eo ente, contineretur eminenter in nostro Deo vero, et reali. Respondetur 2°: ens illud per identitatem coalescens ex omnibus divinis perfectionibus creatis, si supponatur existens, non esse futurum perfectius nostro Deo de facto existenti, tum quia in illo ente solum argueretur maior perfectio extensiva, non vero intensiva, tum quia ens, quod solum est Deus, sine eo quod simul non sit Deus, non potest superari in perfectione ab illo ente, quod simul esset Deus, et non esset Deus; sed si supponeretur existens illud ens, de quo loquimur, simul esset Deus, et non esset Deus: ergo Deus noster verus, et realis non potest superari ab illo ente, de quo loquimur. Minor probatur, quia eo ipso, quod illud ens contineret formaliter omnes divinas perfectiones, esset Deus, et eo ipso, quod contineret formaliter perfectiones creaturarum, esset creatura, et consequenter non esset Deus; ergo esset Deus, et non esset Deus.

Contra 3am conclusionem argui potest: nullum est caput, ex quo colligi possit, quod si supponeretur possibile, et existens illud ens secum identificans omnes divinas, et creatas perfectiones, futurum esse imperfectius nostro Deo de facto existenti. Nam ex nullo capite poterat colligi esse imperfectius, nisi ex eo quod esset impossibile, et repugnans: atqui si supponatur possibile, et existens non esset impossibile, et repugnans: ergo in suppositione, de qua loquimur, illud ens non est futurum imperfectius nostro Deo de facto existenti. Et quidem cum supponatur possibile, et existens, et claudens omnes divinas perfectiones valde durum videtur asserere esse imperfectius absolute Deo nostro, nam illud, quod claudit Deum non potest esse Deo imperfectius

Dicitur, quod licet supponatur possibile et existens illud ens, reperitur adhuc sufficiens caput imperfectionis, comparatione Dei de facto existentis, nam illud ens dicit formaliter creaturam; sed quod dicit formaliter creaturam, habet maximam imperfectionem comparatione Dei de facto existentis: ergo illud ens esset imperfectius Deo de facto existenti. Rursus illud ens formaliter esset productum ab alio, tanquam a causa, et consequenter esset dependens, et in sua existentia contingens; sed hoc, quod hoc modo se habet, est imperfectius nostro Deo de facto existenti, qui non habet, neque habere potest causam sui productivam, et est independens, et nullatenus varius in existendo: ergo Deus noster infinite superat illud ens, licet aliunde supponatur possibile et existens.

Disputatio 4; an et quomodo Deus contineat perfectiones omnium rerum? est 1a: Deus continet suas perfectiones formaliter. Cap. 1. quid sit perfectio, et eius divisiones recensentur

Praecipua huius disputationis difficultas sita est in iis, quae ad ipsius resolutionem praemittenda sunt, et ideo oportet ipsorum explicationi incumbere. Perfectio frequenter accipitur intra genus moris nimirum pro perfectione morali, quae est propria gratiae sanctificantis, et virtutum, et consistit in rectitudine voluntatis in ordine ad bene operandum, sive ea sit actualis, et quando voluntas actualiter conformatur cum dictamine rectae rationis amando obiectum propositum tanquam bonum, et fugiendo obiectum, quod proponitur tanquam malum, sive ea sit radicalis, et habitualis, prout praecise dicit inclinationem, et propensionem ad amplectendum bonum, et fugiendum malum iuxta adductum rationis proponentis, et intimantis. Haec perfectio est propria agentium liberorum. In praesenti vero accipitur

pro perfectione, quam multi appellant transendatalem, q. per omnia entia vagatr, et alii entitativam, q. ad identitatem rei spectat. Et potest definiri: integritas, complexio, sive consummatio praedicatorum essalium. Quare Aristoteles lib. 5 Methaphisicae cap. 6 dixit illud ee perfectum in suo genere, quod in nullo deficit, et S. Augustinus Libro 3 de Libero arbitrio cap. 15 dixit, qd qd e sicut ee debet bonum ee; hoc e perfectum; et S. Thomas 1a parte, q. 4, arculo 1, perfectum, inquit, dicitr cui nihil deest sm modum suae perfectionis.

Atq. perfectio realis, et entitativa potest ee omnimoda, seu in omni linea, et potest ee sub una ratione, aut solum in aliqua linea. Perfectio omnimoda, seu in omni linea e, quae oes lineas perfectionis amplectitr, et reddit rem undequaque integram, et perfectam tam sm essam, et praedata primaria, qm sm complementa, proprietates, et praedata secundaria. Perfectio sub una rone, aut in aliqua tantum linea e, quae intra talem lineam praecise continetr, et velinquit rem, in illa solum linea perfectam, v.g. in linea solius eq.

Perfectio illa omnimoda, sive in omni linea potest ee ablute talis, hoc e complectens oem lineam perfectionis; et potest ee talis, n quidem ablute, et simplicitr, sed solum comparative ad subtum, hoc e complectens qd qd perfectionis illi subto debetr. Cum ergo solus Deus contineat oem lineam solum perfectionis, ut iam explicare aggredimur; et Creatura n contineat oem lineam solum perfectionis, sed ad summum oem illam lineam, quae ipsi debetr, sequitr, quod Deus n solum habeat oem lineam perfectionis, comparative ad subtum, sed omnimodam perfectionem ablute, et simplicitr; Creatura vo n habeat omnimodam perfectionem, ablute, et simplicitr, sed solum comparative ad subtum.

Plures n DD, qui duntaxat

agnoscunt duplex genus perfectionis, nimirum perfectionem simpliciter simplicem, et perfectionem secundum quid, videantur inter alios Pater Fasolus q. 4 articulo 2, numero 4, Pater Granado tomo 1° in 1am partem tractatu 2, disputatione 4, numero 4. Nam cum omnis perfectio, aut sit propria Dei, aut propria creaturarum, aut communis Deo, et creaturis, inquiunt, hi omnes perfectiones proprias creaturarum esse perfectiones secundum quid, reliquas vero perfectiones, aut Dei proprias, aut communes Deo, et creaturis, v.g. rationem entis, substantiae, spiritus, et alias huiusmodi esse perfectiones simpliciter simplices.

Alii vero indicant, triplex perfectionis genus esse admittendum, nimirum perfectionem simpliciter simplicem, perfectionem simplicem, et perfectionem secundum quid. Videatur inter alios P. Praepositus tomo 1° in 1am partem, q. 4, articulo 3. dubio 5. Pater Tannerus disputatione 2a de Deo q. 3. dubio 2. Pater Reynaudus in sua theologia naturali distinctione 7, q. 3, articulo 1°, Pater Suarez de trinitate lib. 8. cap. 10, quibus subscribunt communiter RR., et nos eandem amplectimur divisionem.

Perfectionem simpliciter simplicem definivit S. Anselmus in Monologio, cap. 14 esse illa quae melior est ipsa, quam non ipsa. Et hanc definitionem omnes amplectuntur.

Discordant tamen theologi circa expositionem illius, breviter tamen, et conformiter ad veritatem explicationem illius in praesenti dabimus. In primis particula illa, quam non ipsa, non est accipienda contradictorie, sed contrarie, seu quasi contrarie, et incompatibiliter, ita ut definitio faciat hunc sensum, perfectio simpliciter simplex est melior, quavis alia cum ipsa incompatibili, nam fieret comparatio cum suo contradictorio, nulla esset perfectio, quae non esset simpliciter simplex, quaelibet non est melior positive sua negatione, cum quaelibet entitas positiva sit saltem perfectio secundum quid, eius vero negatio nullo modo sit perfectio: debet ergo particula illa accipi incompatibiliter.

Particulam illam melior

melior iudicant aliqui non esse accipiendam positivè, sed solum negativè, hoc est, quod perfectio simpliciter simplex non excedat quamlibet aliam incompatibilem, sed quod à nulla alia incompatibili excedatur. Iudico tamen esse positivè intelligendam. Nam verba divi Anselmi, et cuiuslibet definitionis debent accipi cum toto rigore, nisi aliquod inconveniens inferatur, quod quidem in presenti non infertur. Rursus alii, cum agnoscant aliquod tertium, cui melior debeat esse perfectio simpliciter simplex, quam alia incompatibilis; dengementer tamen dicident in assignatione huius tertii, in ordine ad quod debeat fieri comparatio.

Nam aliqui inter quos est Pater Vasquez censuerunt comparationem esse faciendam cum natura individua, hoc est illud est perfectio simpliciter simplex, quod comparatione huius naturae individuae est melior ipsa, quam alia incompatibilis. Alii inter quos est Pater Marcon indicant non opus esse, quod comparatio debeat esse fiat cum natura numerica, aut specifica, sed sufficere, quod fiat cum aliqua ex illis sub disiuncto. Alii, inter quos est Pater Fasolus existimant comparationem esse faciendam cum individuis immaterialibus, hoc est cum individuis, ut precise dicunt rationem entis. Alii asseverant, perfectionem esse comparandam cum habenti, sive supposito, quia suppositum est.

Iudico in hoc puncto non esse nacium comparationem illam fieri cum aliquo tertio. 1º nam de illo 3º poterat similiter inquiri, an esset perfectio simpliciter simplex, et ad hoc indagandum debebamus comparare illud 3um cum alio 3º, et illud cum alio, et sic in infinitum, quod quidem asserendum non est. 2º quia ex hoc sequeretur, perfectionem quamlibet admixtam imperfectione esse simpliciter simplicem; nam comparatione naturae numericae, vel specificae, vel cuiuslibet illarum seorsim; vel comparatione entis precise sumpti, vel comparatione habentis, et suppositi, melior erit illi perfectio actualiter identificata,

qm quaevis alia incompatibilis: ergo quaevis perfectio erit simpliciter simplex.

Perfectio ergo simpliciter simplex melior erit quavis alia incompatibili, comparatione immediate facta inter utramque. Perfectio simplex est, quae nullam involvit imperfectionem, sive quae ita importat suam perfectionem, ut nullam mixturam imperfectionis involvat, si non aliquam mixturam imperfectionis haberet, iam non esset perfectio pura, et simplex, sed composita ex perfectione, et imperfectione. Perfectio secundum quid est, quae non est omnino, et secundum totum, quod dicit, perfectio, sed secundum aliquid, atque adeo conceptus illius est mixtus partim perfectione, et partim imperfectione.

Caput 2: Aliqua deducuntur ex dictis.

Primo deducitur: latius patere perfectionem simplicem, quam simpliciter simplicem. Ratio est, quia perfectio simplex dicit solum perfectionem carentem imperfectione, sive possit, sive non possit dari alia perfectio maior, aut aequalis secum incompatibilis: perfectio vero simpliciter simplex ultra carentiam imperfectionis dicit, quod quaevis alia perfectio incompatibilis non sit maior, aut aequalis; unde fit, quod conceptus perfectionis simplicis includatur in conceptu perfectionis simpliciter simplicis, et quod conceptus perfectionis simplicis paucioribus sit contentus, et conceptus perfectionis simpliciter simplicis plura exigat ad sui constitutionem.

Secundo deducitur rationes communes Deo et creaturis esse perfectiones simplices. Ratio est, quia illa est perfectio simplex, quae nullam involvit imperfectionem, sed ratio illa communis in suo praecisissimo conceptu nullam involvit imperfectionem: ergo illa ratio communis est perfectio simplex. Minor probatur: ratio illa communis potest dici ad Deum, et creaturas; sed quod potest dici ad Deum nullam dicit imperfectionem: ergo ratio illa communis in suo praecisissimo conceptu nullam dicit imperfectionem. Et quidem, cum ratio communis praescindat a suis

diffrũs, et quas d.ri potest, ñ dicit in suo fratissimo conceptu aliquid repugnans diffrũs, et quas potest d.ri.

3: deducitr: raones etiam cões Deo, et Creaturis ēē perfectiones simplicitr simplices. Probatr ex dictis: illa ē perfectio simplicitr simplex, quę melior ē ipsa, qsm ñ ipsa, sive, quam quęvis alia incompatibilis cum ipsa; sed ratio quęvis cõis Deo, et Creaturis, ē melior ipsa, qsm ñ ipsa, sive, qm quęvis alia incompatibilis cum ipsa. Ergo, ratio entis ē melior, q in quęvis alia ratio cum ente incompatibilis, et sic de aliis raonibus coibus Deo, et creaturis: Ergo ratio cõis Deo, et creaturis ē perfectio simplicitr simplex. Rursus, illa ñ ē perfectio simplicitr simplex, quę ē incompatibilis cum alia perfectione, sibi æquali, aut maiori; sed ratio cõis Deo, et creaturis ñ repugnit identatem cum alia perfectione sibi æquali, aut maiori, ut videmus in raone entis, quę in Deo identificatr cum quavis alia perfectione nullam involvente imperfectionem. Ergo etc.

4: deducitr: omnes perfectiones Dei ablutas ēē simplices et simplicitr simplices. Nam ex una parte nullam habent mixturam imperfectionis, et ex alia ñ meliores ipsę, qm quęvis aliæ incompatibiles cum ipsis; si ñ daretr aliqua alia perfectio maior, aut æqualis ipsis, cum ipsa peterent identatem; atqui nihil aliud requiritr ad conceptum perfectionis simplicis, et perfectionis simplicitr simplicis: Ergo ois perfectio Dei abluta ē perfectio simplex, et simplicitr simplex. Neque obstat, quod ex perfectionibus divinis aliæ sint aliis perfectiores; predicata ñ vitalia perfectiora ñ vitalibus. Nam perfectio simplicitr simplex ñ definitr perfectior aliis, sed quod sit perfectior omni alia secum incompatibili.

5: deducitr: relaones divas sm proprios conceptus ēē perfectiones simplices, ñ vero simplicitr simplices; defendunt hanc resolutionem plures DD. Videatr inter alios Pr Montoya D. 30 de trinitate, sect 9, numero 5. Probatr 1a pars: divę relaones

sunt perfectiones, ut in Materia de trinitate ostenditur, et aliunde nullam involvunt imperfectionem, quia si aliquam involverent non essent dignae Deo: ergo relationes divinae sunt perfectiones simplices: Probatur 2a pars; relationes divinae non sunt meliores, quam aliae incompatibiles cum ipsis, quandoquidem divinae relationes sunt aequales quoad perfectionem, et sunt incompatibiles, quoad identitatem; relatio enim Paternitatis excludit identitatem cum filiatione, et econtra, et Paternitas, et filiatio excludunt identitatem cum spiratione passiva, et e contra: ergo non sunt perfectiones simpliciter simplices.

6 deducitur, omnes perfectiones proprias, et differentiales creaturarum, esse perfectiones secundum quid, et non esse perfectiones simplices, neque simpliciter simplices. Probatur 1a pars: illa est perfectio secundum quid, quae non est omnino, et secundum totum, quod dicit, perfectio, sed est composita ex perfectione, et ex imperfectione; sed talis est perfectio propria, et differentialis creaturarum: ergo etc. Probatur 2a pars: illa est perfectio simplex, quae nullam involvit imperfectionem, sed perfectiones propriae, et differentiales creaturarum involvunt imperfectionem: ergo non sunt perfectiones simplices. Probatur 3a: perfectiones propriae creaturarum non sunt meliores ipsae, quam aliae incompatibiles cum ipsis, quandoquidem non sunt meliores perfectionibus divinis, quae sunt incompatibiles cum perfectionibus propriis, et differentialibus creaturarum: ergo non sunt perfectiones simpliciter simplices.

7 deducitur, nullum esse inconveniens, quod aliquando perfectio simplex sit maior perfectione simpliciter simplici. Probatur ex dictis, quia divinarum relationum perfectio est simplex, et perfectio rationis communis entis est simpliciter simplex, sed maior est perfectio relationum perfectione rationis communis entis: ergo perfectio simplex maior est perfectione simpliciter simplici. Minor probatur, perfectio relationum est divina, et increata, perfectio vero rationis communis entis non est divina, et increata, quandoquidem abstrahit a divino, et increato; atqui maior est perfectio divina, et increata, quam, quae in suo conceptu formalissimo non dicit Divinitatem.

quia maior est perfectio diversarum relationum, quam perfectio rationis communis entis.

Cap. 3. Aliqua obiiciuntur contra doctrinam traditam.

Obiicies 1º: rationes communes Deo, et creaturis possunt identificari cum perfectionibus creatis, et consequenter possunt permisceri cum imperfectionibus creaturarum. Ergo non sunt perfectiones simplices, neque simpliciter simplices. Antecedens est evidens, et consequentia probatur: ad perfectionem simplicem, et simpliciter simplicem requiritur, quod nullam involvant imperfectionem: sed eo ipso, quod possint identificari cum perfectionibus creatis, et permisceri earum imperfectionibus, involvunt imperfectionem: ergo rationes illae communes non possunt esse perfectiones simplices, et simpliciter simplices. Et quidem ad perfectionem simplicem, et simpliciter simplicem, requiri videtur, quod nullam actualiter involvat imperfectionem, et quod non possit involvere.

Respondetur distinguendo antecedens: rationes communes Deo, et creaturis possunt identificari cum perfectionibus creatis taliter, quod dicant, in suo formalissimo conceptu differentiam creaturarum; nego antecedens: ita ut non dicant eam in suo formalissimo conceptu, sed solum materialiter, et identice, concedo antecedens. Requiritur quidem ad rationem perfectionis simpliciter simplicis, quod sub ea ratione, qua talis est, nullam secum involvat, neque possit involvere imperfectionem. Cum ergo ratio illa communis in illum formalissimum conceptum, quem dicit, non involvat, neque possit involvere imperfectionem, ratio illa communis est perfectio simpliciter simplex, et licet materialiter, et identice involvat imperfectionem, hoc solum probat, conceptum illum, cum quo identificatur, involvere imperfectionem, non vero rationem communissimam praecise sumptam.

Obiicies 2º: si rationes communes essent perfectiones simpliciter simplices secundum formalissimum conceptum, et abstractissimum, et non essent tales materialiter, et identice, amitterent rationem perfectionum simpliciter simplicium

p̄ 9tractionem, sed hoc n̄ ē dicendum: ꝗ rationes coes s.m ḡralissimum, et abstractissimum conceptum n̄ s̄t simpliciter simplices. Alinor probatur, si rao perfectionis simpliciter simplicis conveniret racionibus coibus, haberent ēē perfectiones simpliciter simplices p̄ suos conceptus quidditativos; sed quod competit racionibus coibus p̄ conceptus suos quidditativos n̄ amittitur per contractionem: ꝗ n̄ ē dicendum, quod si rationes coes essent perfectiones simpliciter simplices, amitterent rationem perfectionum simpliciter simplicium materialiter, et identicé.

Retineo maiorem: minorem n̄ asserendum ē rationes coes amittere rationem perfectionum simpliciter simplicium ex eo quod 9trahuntur, licet differentia illa materialiter, et identica, ad quam 9trahitur, n̄ dicat rationem perfectionis simpliciter simplicis, et contra nunquam id quod competit rationi coi s.m proprium, et quidditativum conceptum qualis est ratio perfectionis simpliciter simplicis, amittitur p̄ coniunctionem sive identatem realem cum differentia illa, quæ n̄ ē perfectio simpliciter simplex, nam semper ille conceptus, qui ē perfectio simpliciter simplex, manebit virtualiter, aut fundamentaliter distinctus ab alio conceptu, qui n̄ ē perfectio simpliciter simplex, et hoc facile intelligitur, si advertas, conceptum differentiam, n̄ ēē de ḡralissimo conceptu rationis superioris.

Dices 3: si rationes coes Deo, et Creaturis essent perfectiones simplices, et simpliciter simplices, etiam essent tales perfectiones creatæ, in quibus illæ quidditative, et ḡraliter includuntur, sed perfectiones creatæ n̄ s̄t simplices, et simpliciter simplices: ꝗ rationes coes Deo, et Creaturis n̄ s̄t simplices, et simpliciter simplices. Maior probatur: illud n̄ potest n̄ ēē perfectio simplex, et simpliciter simplex, quod includit perfectionem simplicem, et simpliciter simplicem; sed perfectiones creatæ includunt perfectionem simplicem, et simpliciter simplicem: ꝗ perfectiones creatæ s̄t simplices, et simpliciter simplices.

Retineo maiorem:

nam ut aliquid sit absolute perfectio simplex, et simpliciter simplex, non satis est, quod et includat formaliter, et quidditative perfectionem simplicem, et simpliciter simplicem; sed ulterius requiritur, quod non addat imperfectionem, quae cum perfectione tradatur, seu mixturam imperfectionis, cum autem creatione ultra rationem communem, quae est perfectio simplex, et simpliciter simplex addat imperfectionem creaturae, facit mixturam imperfectionis, cum ratione communi, quae est perfectio simpliciter simplex. Haec doctrina mirifice componitur cum ea, quam tradidimus l. 3o, § 1o cap. 3. circa coniunctum ex Deo, et creatura formaliter resultans.

Dices 4.

in Deo dantur omnes perfectiones simpliciter simplices, ut in cap. sequenti dicturi sumus; sed si rationes communes Deo, et creaturis essent perfectiones simpliciter simplices, non reperirentur in Deo omnes perfectiones simpliciter simplices; ergo rationes communes Deo, et creaturis sunt perfectiones simpliciter simplices. Minor probatur; ratio illa communis reperitur in creatura, et eo quod reperitur in creatura non reperitur in Deo: ergo si rationes communes essent perfectiones simpliciter simplices non reperirentur in Deo omnes perfectiones simpliciter simplices. Respondetur distinguendo maiorem: in Deo dantur omnes perfectiones simpliciter simplices secundum praedicata intensiva, et similiter, concedo maiorem; secundum praedicata extensiva, seu repetita, nego maiorem. Itaque quando ratio aliqua communis reperitur in pluribus, solum requiritur, quod detur similitudo praedicatum in uno, ac in altero, sive quod illa conceptus communis in pluribus repetatur, et plurificetur.

cap. 4. Nostra mens proponitur, et probatur.

Asserendum est nobis est, Deum continere formaliter omnem perfectionem positivam simplicem, et simpliciter simplicem. Ante probationem huius conclusionis narrio praemittendum est, quid sit continere formaliter. Continentia formalis est inclusio praedicatorum formalium constituentium rem, quae dicitur continere, vel est inclusio rei secundum praedicata

fratia. Duplicitr contingere potest continentia fralis, aut quando res ipsa sm suam indiguidualem naturam in alio continetr, qualiter includitr fra in composito, aut quando continentia contingit p inclusionem gradi fralis oio silis grato frali, quod in altra entitate includitr ad eum modum, quo Petrus dicitr fralitr includere eandem naturam hinc, quam Paulus includit, n q includat eandem numero, sed q includit aliam oio silem.

Ex quis colligitr, quod quando dicimus, Deum continere fralitr raones coes Deo, et Creaturis, q st perfectiones simplices, et simplicitr simplices, n intelligimus Deum continere fralitr illud idem gradum raonis coes, quod fralitr cum ipsa Creatura identr, sed continere fralitr gradum aliud oio sile ipsi grato, quod in Creatura fralitr reperitr. Et hoc clarius intelliges, si observes raonem coem ee quandam collectionem gradorum, quorum quolibet identr cum suo spetiali individuo, quod sub ea raone coi continetr. Et hoc iam e a nobis notatum cap. superiore, dum asseruimus raones coes in Deo reperiri sm grata intensiva et oio silia.

Modo q statuta sunt, primo probatr si daretr aliqua perfectio quomodolibet oio involvens imperfectionem, sive esset simplex sive simplicitr simplex, quae n inveniretr fralitr in Deo, Deus n esset absolute, et undequaque fralitr perfectus; sed hoc n e dicendum. Q asserendum e Deum continere fralitr oem oio perfectionem nullam involventem imperfectionem. Maior probatr; si daretr aliqua perfectio nullam oio involvens imperfectionem, quae n inveniretr fralitr in Deo, Deus careret fralitr eiusmodi perfectione; sed eo ipso n esset absolute, et undequaque fralitr perfectus. Q si n inveniretr ois eiusmodi perfectio fralitr in Deo, n esset absolute, et undequaque fralitr perfectus.

Probatr 2: postea e Deus secum identificans oem perfectionem

potem, nullam involventem imperfectionem; sed hoc Ens e Deus 59
qui de facto datur: ergo Deus, qui de facto datur identificat secum
omnem perfectionem potem nullam involventem imperfectionem.
Maior e certa, quia ex eo non sequuntur prolata de dictoria. Minor probatur; Deus e perfectior omni alio, quod esse potest; sed si posta esset
ens identificans omnem perfectionem potem, et non esset hic Deus,
qui de facto datur, hic non esset perfectior quovis alio ente posi:
ergo hoc ens identificans secum omnem perfectionem potem nullam
involventem imperfectionem, esset hic Deus, qui de facto datur. Et
quidem Deus non habet unde sua perfectio limitetur, quia si haberet limitatam perfectionem, haberet perfectionem Deo indignam, et Creaturae
propriam.

Probatur 3: aut possunt Deo convenire omnes perfectiones nullam omnino involventes imperfectionem, aut non possunt Deo convenire
omnes eiusmodi perfectiones. Si 1um: ergo de facto illi conveniunt
omnes perfectiones nullam omnino involventes imperfectionem. Consequentia
haec probatur: Deo de facto convenit quidquid illi potest convenire, habet
enim de facto quidquid perfectionis potest habere, quia non e assignabile, quare
non habeat, si habere potest: atqui omnes illae perfectiones possunt Deo convenire: ergo de facto illi conveniunt, et consequenter habent de facto omnem perfectionem
nullam omnino involventem imperfectionem. Si dicas 2um: ergo Deus, qui
de facto datur, ita limitatur in sua perfectione, ut non possit adiungere
aliam perfectionem nullam involventem imperfectionem, quod quidem non e digne de Deo sentire.

Probatur 4. non aliunde admittitur, Deum
esse formaliter sapientem, volentem, Omnipotentem, et subsistentem,
nisi quia hae perfectiones nullam involvunt in suo formalissimo conceptu
imperfectionem: ergo eadem ratio erit in reliquis perfectionibus nullam involventibus in suo formalissimo conceptu imperfectionem, quia nullam assignabis rationem, quare admittat has, et non alias. Haec veritas

tam manifesta e, ut lumine naturali intrus nostri cognoscamus, tam perfectum ee Deum, ut sit infinite perfectus, quod stare n potest, si fraliter n contineat oem perfectionem nullam includentem imperfectionem, tam simplicem, qm simpliciter simplicem.

Caput 5. Argumenta soluta.

Opponi potest 1: ois perfectio, que fraliter reperitur in Deo, e infinita intra suam lineam; sed ratio cois Deo, et Creaturis n e infinita intra propriam lineam: g aut asserendum e raonem coem Deo, et Creaturis n ee perfectionem simpliciter simplicem, aut asserendum, n oem perfectionem simpliciter simplicem, reperiri fraliter in Deo. Resp. distg marem: ois perfectio, que fraliter reperitur in Deo, e infinita intra suam lineam scdm conceptum abstractissimum, et coem Deo, et Creaturis, neg marem: e infinita intra propriam lineam scdm conceptum spetialem, et diffralem concedo marem.

Itaq cum conceptus perfectionis simpliciter simplicis possit reperiri in ratione coi Deo, et Creaturis, ut iam dictum e, et conceptus eiusmodi raonis cois n dicat explicite infinitatem, ut ex principiis methaphisicis e certum, fit quod ratio perfectionis simpliciter simplicis reperta in raone illa coi scdm explicitum, et fralissimum conceptum, quem importat n dicat infinitatem. Cum hoc tn stat, quod ois perfectio, que fraliter reperitur in Deo, prout reperitur in Deo, sit absolute, et simpliciter infinita, q sic e identificata cum sua speciali diffra, p quam revera ad Deum contrahitur, et coentr ex doctrina nostra n sequitur oem perfectionem, que fraliter reperitur in Deo, et prout e contracta ad Deum, n ee infinitam intra suam lineam; neg sequitur raonem coem Deo, et Creaturis, n ee perfectionem simpliciter simplicem.

Opponi potest 2: in Deo ponende sunt perfectiones meliori modo, quo possunt ee, sed melior modus e continentie perfectionum eminentialis, qm fralis: g Deus continet

eminenter perfectiones simplices, et simpliciter simplices. Probat hoc argumentum, Deum, neque esse formaliter ens, neque substantiam, neque viventem, et sic de aliis gradibus; et non solum probat, Deum non continere formaliter hos gradus communia; verum etiam probat non continere formaliter Omnipotentiam, Aeternitatem, Immensitatem, et alia gradus Dei propria, quia perfectior est modus continentiae eminentialis, quam formalis, ut intendit argumentum.

Respondetur, concedendo maiorem, et distinguo minorem, sed melior modus est continentiae perfectionum eminentialis, quam formalis vel perfectionum nullam secum involventium imperfectionem, concedo minorem: vel perfectionum, quae secum admiscent aliquam imperfectionem; nego minorem; distinctio ex dictis clara est. Melius itaque est continere formaliter omnem perfectionem simplicem, et simpliciter simplicem, quam solum eminenter continere, et melius est continere eminenter perfectiones involventes imperfectionem, quam formaliter continere. Quod si dicas divum Dionysium docuisse Deum non esse substantiam, sed supra substantiam, non esse vitam, sed supra vitam facile respondebo his locutionibus divum Dionysium intentum solum intendisse nobis exponere Dei excelentiam supra quodcunque aliud, ut dicebamus D. 3. q. 2. cap. 1.

Opponi potest 3: Essentia divina continet eminenter perfectiones secundarias, tanquam radix illarum: ergo non potest Deus continere formaliter, omnes eiusmodi perfectiones. Antecedens est certum, et consequentia probatur, quia in eodem Deo repugnat, et continentia eminentialis, et continentia formalis earundem omnium perfectionum. Respondetur, concesso antecedenti, nego consequentiam. Non enim invenimus repugnantiam in eo, quod eaedem perfectiones eminenter in Essentia, et formaliter in Deo interveniant, et undequaque completo reperiantur: esset inconveniens, quod in Essentia praecisa a quocunque alio essent eminenter et formaliter; non est autem inconveniens, quod in Essentia eminenter, et in Deo undequaque completo formaliter reperiantur; et hoc videmus

in qualibet entate creata, in cuius essentia passiones, et proprietates eminenter continentur; ~~idem~~ in entitate vero ipsa integre, et undequaque completa formaliter.

Quaestio 2a. Deus continet eminenter creaturas, sive perfectiones simpliciter quid, et admistas imperfectionibus.

Cap. 1. quid sit continere eminenter, et continere virtualiter.

In presenti loquimur de Creaturis quae sunt perfectiones simpliciter quid, et plurimas involvunt imperfectiones, et querimus, an et quomodo in Deo contineantur, et ad questionis intelligentiam, statim sese offert necessitas explicandi hos terminos continentia eminentialis, et continentia virtualis. Continentia eminentialis, ut communiter circumfertur, est inclusio cuiusdam grati altioris ordinis, quod habet virtutem ad producendam rem illam, quae dicitur contineri. Sic Omnipotentia divina, quia virtutem continet ad producendum effectum, et infinite superat quemlibet effectum creatum in entitativa perfectione dicitur eminenter continere quemlibet effectum creatum. Sic etiam causa aequivoca, quae iuxta communem Philosophorum consensum debet esse perfectior effectu, dicitur illum eminenter continere, quia et continet virtutem productivam effectus, et proinde effectus in illius virtute continetur, et quia in altiori ordine perfectionis supra effectum est constituta. Hanc explicationem amplectitur Pater Suarez disputatione 30 Methaphysicae sect. 1a.

Pater Arriaga tomo 1o in 1am partem disputatione 2a sect. 6. persuadere conatur hanc explicationem manifestum, et vitiosum circulum committi. Nam disputatione 3. quaestione 1. cap. 1. probavimus, Deum esse perfectiorem omni alio possibili extra Deum, quia Deus est causa aequivoca continens eminenter creaturas excedendo, et superando illas in perfectione: in presenti autem dicimus per hanc explicationem, Deum continere eminenter Creaturas, quia est causa Creaturarum, et superioris perfectionis, quam illae sunt. In quo videmur,

si hanc explicaonem Patris Suares amplectamur, vitiosum, et manifestum circulum committere. Nam explicabimus raonem causę ęquivocę Deo competentem per continentiam eminentialem, et continentiam eminentialem per raonem causę ęquivocę. 61

Quapropter si aliquis pertinaciter contendat hunc circulum ęę fugiendum, amplectatur explicationem, quam Pater Suares impugnat loco citato, et quam Pr Arriaga affert, ęę ccem, et defendendam. Nunc ḡ dato, per hanc explicationem continentia eminentialis oium aliorum entium, qndo in aliquo includuntur oium aliorum entium perfectiones, seclusis imperfectionibus. Et per hanc explicaonem vitatur vitiosus ille circulus, quem fugiendum ęę poterit aliquis indicare, nam Deus quidem ē perfectior reliquis oibus entibus pôtibus, q̃ ē causa ęquivoca illorum continens eminenter reliqua oia entia pôtia, et ideo eminenter continet, q̃ includit oẽs illorum perfectiones, seclusis imperfectionibus. Et hoc modo in nullum vitiosum circulum incidimus.

Dicest n cum Patre Suares, hanc explicaonem ęę obscurissimam, aut repugnantem, nam qndo dicimus, continere eminenter oia alia entia, nihil aliud ęę, qm includere oium aliorum entium perfectiones, seclusis imperfectionibus, aut subintelligitur eminenter, aut subintelligitur formaliter. Si subintelligitur eminenter, nihil explicatur, q̃ nihil aliud diceremus, quam illud continere eminenter, quod includit eminenter, quod quidem ē relinquere explicaonem ęquę obscuram, ad rem explicandam. Si subintelligitur formaliter, repugnantia involvitur, qndo quidem Deus nō includit formaliter creaturam: restat ḡ dicere continentiam eminentialem nihil aliud ęę, qm includere virtutem alicuius productivam altioris, et superioris ordinis, qm ē effectus producendus. Pretr

in explicatione continentiæ eminentialis non esse addendum, neque eminenter, neque formaliter propter rationem in argumento allatam, sed omissis his terminis ponendos esse alios clariores, qui rem alioqui obscuram nobis exponat, ut contingere debet in quavis bona explicatione, et definitione cuiuscunque rei. Nos autem relinquendo particulam eminenter, quæ potius debet explicari, quam in explicatione afferri, utimur aliis vocibus clarioribus nempe sine imperfectionibus, quæ bene declarant quod in termino illo eminenter nimis obscure involvebatur. Et quidem cum definitum non debeat ingredi in definitionem, non debet in definitionem hanc ingredi illud adverbium eminenter, cuius definitionem investigamus.

Continentia virtualis est inclusio formalis, quod in virtute est res ipsa, quæ contineri dicitur. Unde cum virtus productiva alicuius virtute sit ipsa res producenda, quod continet illam virtutem, dicitur illam continere virtualiter ex illud Philosophi 9 Ethicorum cap. 7. qui rem facit, operatione opus ipsum quodam modo est. Ubi notandum est 1. quod quando res continens virtualiter effectum est imperfectior effectu producendo, res continens dicitur pure virtualiter effectum continere. Si autem res continens sit æque perfecta cum effectu producendo diversæ tamen rationis, dicitur effectum continere continentia æquivalentiæ.

Si vero sit rationis eiusdem, et speciei dicitur effectum formaliter continere propter similitudinem formalem, quæ inter continens, et contentum invenitur; si vero continens sit maioris perfectionis, quam est effectus producendus, dicitur effectum eminenter continere. Notandum est 2. continentiam virtutis productivæ, licet dicatur continentia virtualis ratione rei productæ, aut producendæ, non dicitur tamen virtualis, sed pure formalis ratione ipsius virtutis, quandoquidem hæc virtus formaliter est in causa continente, nam ipsum continere formaliter virtutem productivam est continere virtualiter ipsam rem productam, aut producendam.

Cap. 2. Probatur sententia nostra.

Assertio 1a est: Deus non continet formaliter creaturas, sive perfectiones secundum quid. Probatur ex dictis: creaturae, sive perfectiones secundum quid habent admistam imperfectionem: ergo Deus non continet formaliter creaturas, et perfectiones secundum quid. Antecedens est certum, et consequentia probatur: Deo deneganda est omnis imperfectio, et quaevis perfectio habens admistam imperfectionem; sed si creaturae essent formaliter in Deo non denegaretur Deo omnis imperfectio, et quaevis perfectio habens admistam imperfectionem: ~~sed si creaturae essent formaliter~~ ergo Deus non continet formaliter creaturas, et perfectiones secundum quid.

Probatur 2. Deus non est formaliter equus, leo, lapis, musca, planta, et alia huiusmodi; sed si creaturae continerentur in Deo formaliter, Deus esset formaliter equus, leo, lapis, musca, planta, et alia huiusmodi: ergo creaturae non sunt formaliter in Deo, sive non continentur formaliter in ipso. 3: si creaturae essent formaliter in Deo, essent ab aeterno formaliter in ipso Deo, cum quidquid est formaliter in Deo ab aeterno sit in ipso Deo formaliter; sed non potest dici creaturas esse formaliter ab aeterno in Deo, cum ab aeterno non sit equus, et creaturae aliae: ergo neque dici potest, creaturas esse formaliter in Deo, sive Deum continere formaliter creaturas.

4: si creaturae essent formaliter in Deo identificarentur formaliter cum ipso Deo, ergo nihil in Deo formaliter reperiretur realiter distinctum ab ipso Deo, et consequenter realiter inter se identificarentur, nam omne illud, quod cum Deo realiter identificatur inter se etiam realiter identificatur, excepta sola trinitate personarum; sed creaturae, et perfectiones secundum quid non possunt inter se identificari, homo namque, et quodvis phisicum compositum non potest identificari cum Angelo omnino simplici, et sic de aliis: ergo non possunt creaturae, et perfectiones secundum quid formaliter reperiri, sive contineri formaliter in Deo. Assertio 2a est: creaturae, et perfectiones secundum quid

in Deo eminenter reperiuntur, et continenter. Hanc conclusionem inter DD. communissimam declarant illa verba psalmi 49: Pulchritudo agri mecum est; hoc est, quidquid venustum, et pulchrum in agro floribus, et herbis circumvestito ad oculorum, et aliorum sensuum oblectamentum conspicitur, hoc in Deo mirabili quadam correspondentia relucet. Et illud Exodi 23: ego ostendam tibi omne bonum, quod scilicet Deus in se continet omnem bonitatem. Et illud Ioannis cap. 1: quae facta sunt, in ipso vita erant.

Probatur 1: iuxta 1am explicationem continentiae eminentialis datam cap. superiori: contineri eminenter aliquid in alio nihil aliud est, quam quod continens claudat virtutem altioris, et superioris ordinis productivam rei contentae; sed Deus claudit virtutem, altioris, et superioris ordinis productivam Creaturarum, quae contentae dicuntur: ergo Deus continet eminenter Creaturas, et perfectiones secundum quid. Minor probatur, quia Omnipotentia formaliter in Deo contenta est virtus Creaturarum productiva altioris, et superioris ordinis, quam sunt ipsae Creaturae, ut potestate eas infinite superans; nam est independens, et perfectionis simpliciter infinitae.

Probatur 2 iuxta 2am explicationem: illud continet eminenter aliud, quod continet perfectiones alicuius seclusis imperfectionibus; sed Deus continet perfectiones omnium Creaturarum, seclusis imperfectionibus: ergo Deus continet eminenter Creaturas. Minor probatur; nulla perfectio est in quolibet ente creato, quam Deus non contineat eminentissimo modo: in homine v.g. perfectio est cognitio rerum naturalium, quam potest comparare: Deus autem habet eiusmodi scientiam seclusis plurimis imperfectionibus apprehensionis, discursus, obscuritatis, et laboris, quibus in homine invenitur; similiter perfectio est in cane, quod percipiat ubi sit lepus: est autem imperfectio, quod debeat defatigari, ut leporem deprehendat, quod non certo sciat, ubi sit lepus, sed quasi dubitando,

dubitando, et velut stultus deflectendo; Deus autem continet eam perfectionem canis, seclusis imperfectionibus, quia continet cognitionem leporis, loci, ubi sit, sine defatigatione, sine dubitatione, et sine distantia à lepore. Et sic de aliis.

Colligitur ex dictis nullam Creaturam esse in Deo formaliter secundum totam suam rationem, quam includit. Ratio est, quia Creatura considerata secundum rationem adaequatam creaturae, quam essentialiter includit, debet explicare gradum, per quod differat à Deo; sed hoc gradum non est formaliter in Deo: ergo Creatura secundum adaequatam rationem Creaturae, quam essentialiter includit, non est formaliter, sive continetur formaliter in Deo. Ex quo fit, quod differentia quaelibet Creaturarum à Deo afferat imperfectionem, nam per id Creatura est imperfecta, per quod non est Deus, sive per quod realiter distinguitur à Deo.

Ad finem rogabis, an quomodo Deus producit aliquam Creaturam, illa desinat esse eminenter in Deo? Dicitur negative, et sic probatur: nihil aliud est Creaturam, contineri eminenter in Deo, nisi quod habeat talem virtutem, quae excellentissima quadam ratione possit producere Creaturam, aut quod contineat illius perfectionem, seclusis imperfectionibus; sed haec veritas stat, quamvis Deus actu producat Creaturam: ergo illa non desinit contineri eminenter in Deo, quamvis actualiter à Deo producatur. Minor est evidens, quia non deperdit Deus suam virtutem ex eo, quod actualiter producat Creaturam, et non desinit continere Creaturae perfectionem ex eo, quod haec actualiter producatur, ut est manifestum.

Cap. 3. difficultatibus occurrimus.

Insurges I: si Creaturae essent eminenter in Deo, Creaturae essent Deus; et Deus esset quaelibet Creatura; sed hoc dici non potest: ergo neque quod creaturae sint eminenter in Deo. Dicitur, solum esse huic argumento

concedendum, Creaturas ēē eminentr in Deo, n̄ v° absolutè
concedendum, creaturas ēē Deum, q̄ per hanc locutionem denotari
videtr, creaturam formalitr, ut talem ēē Deum. Et ex nostra doctrina
evidentr infertr, Creaturam n̄ ēē Deum. Nam ex eo Deus continet
eminentr Creaturam, quod posit excellentissima quadam ratione
producere Creaturam; sed virtus, qua produci potest, nārio distin-
guitr à virtute productiva: q̄ Creatura nārio distinguitr à Deo,
et essentr Creatura n̄ ē Deus.

Insurges 2: saltem sequitr ex doctrina
Inversō tradita n̄ contineri creaturas eminentr in Essa divina,
qmdoquidem Essa divina in suo formalissimo conceptum includit
potiam Creaturarum productivam. Rñetr, creaturas contineri
eminentr immate in Omnipotia, mediate v° in Essa divina, q̄
Omnipotia ē oīo extra formalissimum conceptum Essę divinę, et de-
betur Essentię tanqm ipsius attributum, quod quidem sufficit, ut
Omnipotia immatè, Essa v° divina mediatè contineat eminentr
Creaturas, et hoc sufficere ad veritatem nostrę conclusionis.

Insurges
3: hęc veritas creaturę continentr eminentr in Deo debet prove-
nire ab Omnipotia in aliquo genere causę, sed in nullo provenit:
q̄ n̄ datr talis veritas. Minor probatr, q̄ n̄ provenit in genere
causę efficientis, alioqui exercuisset Deus virtutem effectivam
ab Eterno, qmdoquidem, quod creaturę contineantr eminentr
in Omnipotia ē veritas, quę debet ab Eterno verificari, et consentr
si hęc veritas n̄ potest verificari sine exercitio causę efficientis, n̄ poterit
n̄ exercere Omnipotia virtutem effectivam ab Eterno: rursus n̄ potest
verificari in genere causę formalis, q̄ iam daretr aliqua causa formalis
denoans Creaturas, antequm essent, quod n̄ facile intelligitr.

Rñetr con-
cedendo maiorem, neq̄ minorem. Ad probationem verum d n̄ prove,

nire illam veritatem à Deo in genere causæ efficientis, nullam
n. causam efficientem habet illa veritas; fatemur tamen, nullam habere sine causam formalem. Nam sicut Omnipotentia est formalis causa, sive forma denoans Deum Omnipotentem, ita est causa formalis, sive forma denoans Deum continentem eminenter Creaturas, et sicut cumulus omnium perfectionum simplicium, qui reperitur in Deo, denoat Deum continentem omnium aliorum aliorum entium perfectiones, seclusis imperfectionibus, ita est causa formalis, sive forma denoans Deum eminenter continentem omnes creatas perfectiones.

Advertendum est, aliud esse loqui de Creaturis, et aliud loqui de eo, quod Creaturæ eminenter contineantur in Deo. Fatemur, creaturas provenire à Deo in genere causæ efficientis: negamus tamen continentiam hanc eminentialem à Deo provenire in genere causæ efficientis, quia solum à Deo provenit in genere causæ formalis, ut iam explicatum est. Neque inconveniens est, quod hæc forma denoet Creaturas, antequam sint, quia solum extrinsecè denoat; denoatio autem extrinseca non petit, quod obiectum actualiter existat, ut patet in denoatione cogniti, nam res non dum existens cognoscitur, et habet denoationem cogniti. Denoationem autem continentiæ eminentialis esse extrinsecam Creaturæ patet ex eo, quod virtus creaturarum productiva, et inclusio perfectionis ipsius, seclusis imperfectionibus sit aliquid omnino extrinsecum creaturæ.

Insurges 4: Creaturæ habent verius esse in Deo, quam in se ipsis: quia sunt in Deo formaliter, sive continentur in Deo formaliter. Antecedens probatur ex Augustino lib. 5 de Genesi ad litteram, et ex Anselmo in Monologio cap. 25 asserentibus omnem creatam substantiam tanto verius esse in Verbo, et intellectu Creatoris, quam in se ipsa, quanto verius existit creatrix, quam creata essentia. Consequentia probatur, quia si non essent in Deo formaliter, verius esse haberent in se, quam in Deo, nam verior est, qui in se ipso formaliter.

calor est, quam lux, quae solum eminenter continet calorem. Retr distis ans: creaturae habent verius esse in Deo formaliter, et conformiter ad naturam creaturarum, nego ans: habent esse verius in Deo cum maiori perfectione, et nobilitate, quam non est conformis ipsarum naturis in se ipsis formaliter sumptis, concedo ans. Distinctio manifesta est ex dictis, quae si bene penetrentur, nullam relinquunt difficultatem. Omnes illi Patres, qui dicunt, Creaturas esse verius in Deo, solum intendunt cum maiori firmitudine, nobilitate, et eminentia in Deo reperiri, quam formaliter in se ipsis. Audiatur S. Thomas 1 q. 18, articulo 4 ad 3um: esse haec verius haberi in propria Natura, quam in mente divina

Disputatio 5. an et quomodo attributa diva inter se et ab essa distinguantur? Dico 1o, non distinguuntur inter se, et ab essa aliqua distinctione actuali formali ante opus intellectus. Cap. 1. quid sit attributum.

in re, et consenter debet in re praecedere fundamentum ad hanc distinctionem ex parte obti praecissivam. Minor probatur: ubi non datur distinctio realis, formalis, sive ex natura rei, aut virtualis, intrinseca maior non datur capacitas, ut unum ex parte obti cognoscatur, et aliud non cognoscatur, quia eiusmodi capacitas arguit ex parte obti cognoscendi, vel distinctionem realem, vel formalem sive ex natura rei, vel saltem distinctionem realem virtualem; sed in his perfectionibus, de quibus in praesenti loquimur, neque datur distinctio realis, neque formalis, sive ex natura rei, neque realis virtualis, ut constat ex dictis: ergo in his perfectionibus non datur eiusmodi capacitas; et consenter neque possunt distingui praecissive ex parte obti.

Respondent 1.: esse in obto unum, et aliud post cognitionem, non vero ante illam: sicut obtum est cognitum post, non vero ante cognitionem. Contra est 1.; quia cognitio attingit, quod est in obto ante cognitionem; sed in obto ante cognitionem non est unum, et aliud: ergo cognitio non attingit unum, et relinquit aliud; sed si attingit unum, attingit totum obtum, quod est unum. Contra est 2.: cognitio nullum aliud munus exercet circa obtum, nisi reddere illud cognitum: ergo non facit, quod obtum in se sit unum, et aliud, cum ipsum in se non est unum, et aliud. Contra est 3.: sicut obtum supponitur in se ante cognitionem, ita est post cognitionem; sed ante cognitionem non est unum, et aliud, neque realiter, neque formaliter, neque virtualiter: ergo neque post cognitionem. Exemplum, quod adducitur non est ad rem, quia cognitio est forma denoans obtum cognitum, et consenter ante cognitionem non est obtum cognitum: non vero potest esse forma faciens obtum in se, et intrinse multiplex, quod in se, et intrinsece est unum.

Respondent 2 obtum esse fundaliter multiplex ante cognitionem, esse vero formaliter multiplex post cognitionem, quod est dicere esse ante cognitionem fundaliter distum, et post cognitionem esse formaliter

distinctum. Contra est, quod esse fundamentaliter multiplex, ut ab his 91
authoribus intelligitur, nihil aliud est, nisi dari in objecto fundamentum,
ut attingat unum sine alio; sed hoc fundamentum est chymericum: ergo
objectum non est fundamentaliter multiplex, eo modo, quo ab his authoribus
intelligitur. Minor probatur, quia ubi non est unum, et aliud ex parte
objecti ante cognitionem non potest fundari cognitio alicuius sine
alio, sed in objecto non est unum, et aliud ante cognitionem: ergo
in objecto non praecedit tale fundamentum ante cognitionem, quia objectum
non fundat cognitionem eorum, quae non sunt in ipso ante cognitionem;
sed in ipso non sunt aliud, et aliud ante cognitionem: ergo non fundat
cognitionem alicuius sine alio.

Probatur 2 nostra sententia: ubi nulla distinctio datur in objecto non possunt de illo verificari praedicata contradictoria, nam evidentissimum signum distinctionis est verificatio praedicatorum contradictoriorum; sed in objecto ante cognitionem nulla datur distinctio, ut adversarii ipsi fatentur: ergo perfectiones divinas, quae sunt objectum omnino indistinctum, carere non possunt praedicata contradictoria; sed procul dubio carerent, si daretur distinctio ex parte objecti praecisiva, quia verificarentur haec cognoscitur, non cognoscitur, quae sunt ex se contradictoria: ergo non potest dari distinctio ex parte objecti praecisiva inter eiusmodi perfectiones divinas. Confirmatur: haec praedicata cognoscitur, non cognoscitur, ut simul verificentur petunt, quod in perfectionibus divinis ante suam verificationem detur aliqua distinctio; haec enim est natura contradictoriorum: atqui nulla datur: ergo haec praedicata non possunt verificari, et consequenter chymerica est eiusmodi praecisiva distinctio ex parte objecti.

Respondent 1. illa praedicata non supponere, sed facere distinctionem in objecto. Contra est 1. illa praedicata supponunt objectum omnino unum; sed objectum omnino unum

n̄ potest subiici cognitioni, et n̄ cognitioni: ergo inintelligibilis ē verificatio illorum p̄datorum. Contra 2ᵐ, q̄ si obtum ōīo unum, et indiṽle posset subiici cognitioni, et n̄ cognitioni, posset subiici cursui, et n̄ cursui, sessioni, et n̄ sessioni: sed n̄ potest subiici simul his p̄datis: ergo etc. Contra 3ᵐ, q̄ obtum, ut adequatè distinguitr̄ à cognitione, n̄ habet plures p̄datitates: ergo cognitio, ut adequatè distincta ab obto, n̄ attingit in obto plures p̄datitates. Coa patet q̄ que n̄ sunt in obto implicat attingi per cognitiones. Et quidem cognitio precise habet vim attingendi quod ē in obto; si in obto ē unitas, et indiṽtas, attingit unitatem, et indiṽlitatem; et si in obto ē pluralitas, attingit pluralitatem.

Respondent 2: hec p̄data 2ᵃ dictoria ēē extrinca, et ideo bene posse verificari de una realiter, et indiṽli entitate. Contra 1ᵐ, q̄ tam sibi 2ᵃ dicunt p̄data 2ᵃ dictoria extrinca; q̄m intrinca; sed p̄data 2ᵃ dictoria intrinca non possunt de uno subto, et realitr̄ indiṽli verificari: ergo neq̄ p̄data 2ᵃ dictoria extrinca. Discursus ē legitimus, q̄ ideo n̄ potest subiici 2ᵃ dictoriis intrinsecis obtum indiṽle, q̄ in obto requiritr̄ aliud, et aliud, ut subiiciatr̄, et n̄ subiiciatr̄: sed etiam requiritr̄ in obto aliud, et aliud, ut subiiciatr̄, et n̄ subiiciatr̄ 2ᵃ dictoriis extrinsecis: ergo sicut n̄ possunt de obto ōīo indiṽli verificari p̄data 2ᵃ dictoria intrinca: ita n̄ possunt verificari 2ᵃ dictoria p̄data extrinca.

Cap. 6. explicatr̄ qualis sit ea distinctio, et aliquorum argutorum responsio.

Est q̄ distinctio ratiōis ratiocinate, que datr̄ intr̄ diṽas perfectiones, intr̄ quas n̄ datur distio realis, virtualis, sive capacitas ad duo 2ᵃ dictoria p̄data verificanda, obtum precisiva ex parte actus. Unde q̄ndo concipio misericordiam diṽam, et illam ratione

distinguo à iustitia, comparo Deum cum extrinseca miseratione, 92
et qndo concipio iustitiam divam, et illam distinguo à miseri-
cordia, comparo Deum cum extrinseca punitione; utraq; tn cogni-
tio attingit iustitiam, et misericordiam, et oẽs alias divinas
perfectiones, et formalitates cum hoc discrimine, quod 1a cognitio
attingit iustitiam, et misericordiam, et oẽs divas perfectiones
et formalitates in ordine ad extrinsecam miserationem, et 2a cogni-
tio attingit iustitiam, et misericordiam, et oẽs alias divinas
perfectiones, et formalitates, et in ordine ad extrinsecam punitio-
nem.

Ex quo fiunt duo. Lum ē, quod obtum rectum, sive quod in recto attingitr p utramq; cognitionem sit omnino idem, et indivisibile; obtum vo obliquum, et in directum sit pe- nitus diversum, q eadem divinae perfectiones, quae in recto attin- guntr, correspondent utriq; cognitioni, extrinseca vl misera- tio, et extrinseca punitio intrse diversissime st, et per cogni- tionem, quâ una attingitr, alia nō cognoscitr. 2um ē, per duplicem illam cognitionem distingui rãone ratiocina- ta misericordiam à iustitia, et iustitiam à misericordia, q ex vi prioris cognitionis possunt dicere Deus ē misericors, et nō possunt dicere ē iustus: ex vi vo 2æ cognitionis possunt dicere Deus ē iustus, nō autem possum dicere ē misericors, quod sufficit ad distinctionem rãonis ratiocinatæ. Nam ad distinctionem rao- nis ratiocinatæ sufficiens ē cognitio aliqua confusa, quâ obtum nō discernatr ab omni alio, quod nō ē ipsum, q propter similitudinem, quam habet cum alio extra ipsum, potest per cognitionem cum illo confundi, et sic possum dicere Deus ē ens confundendo Deum cum aliis oĩbus entibus, et precisse illum distinguendo à chymera, et tunc gratum entis formatione ratiocinata

distinguetur ab aliis prat[is] divinis. Et possum dicere Deus est substantia, quae est cognitio clarior, quam praecedens, confundendo Deum cum omnibus aliis substantiis, et tunc hoc praedicatum ratione ratiocinata distinguitur ab omnibus aliis praed[icat]is divinis. Istis autem, et similibus cognitionibus omnes aliae divinae perfectiones subiiciuntur in ordine ad connotata entis, et substantiis, quod in divinis perfectionibus non datur capacitas, ut subiiciantur, et non subiiciantur cognitioni, ubi non adest distinctio virtualis.

Dices 1: in divinis perfectionibus datur capacitas ad verificanda haec praedicata contradictoria cognosci clare, et non cognosci clare, cognosci confuse, et non cognosci confuse: ergo in divinis perfectionibus datur distinctio rationis ex parte obiecti praecisiva. Consequentia est evidens, quia tota ratio distinctionis rationis ex parte obiecti praecisive est verificatio praedicatorum contradictoriorum extrinsecorum, et intentionalium. Antecedens probatur: quando Deus cognoscitur, ut extrinsece puniens, non cognoscitur clare misericordia, nam si haec clare cognosceretur possem dicere ex vi illius cognitionis Deus est misericors: atqui non possum affirmare hoc iudicium: ergo verificatur de iustitia, quod clare cognoscatur, et de misericordia, quod non clare cognoscatur. Aut si tunc misericordia cognoscitur, confuse quidem cognoscetur, iustitia autem clare; sed cognosci clare, et non cognosci clare, cognosci confuse, et non cognosci confuse sunt praedicata tam contradictoria, quam haec cognosci, et non cognosci: ergo etc.

Fateor Patres aliquos nobis alioquin consentientes in negando praecisiones obiectivas asserere implicite, et confuse cognosci misericordiam per illam cognitionem, qua Deus cognoscitur, ut exercens extrinsecam punitionem; caeterum dum haec dicunt, aperte incidunt in sententiam, quam impugnant, ut recte probat argumentum. Nos

autem constanter asserimus eadem oio charitate, quā cognoscitr iustitia, cognosci etiam misericordiam, et oēs alias perfectiones realitr idatas in ordine ad extrincam punitionem, et coentr nunqm verificari p̄rata illa, quę contendit argutum, quę fatemur, tam dª dictoria ēē, qm hęc cognoscitr, n̄ cognoscitr.

Et qmvis hęc ita sint, n̄ possum dicere ex vi pręcisse illius cognitionis, quā cognosco divas perfectiones in ordine ad extrincam punitionem Deus ē misericors, q misericordia, et oēs alię perfectiones explicantr conceptu inadęquato, hoc ē in ordine ad extrincam punitionem, et n̄ ordine ad extrincam miserationem. Unde illa inadęquatio n̄ tendit ad rectum, hoc ē p quancunq cognitionem attingitr, sed ad obliquum, hoc ē n̄ per quancunq cognitionem attingitr. Recolenda ii quę diximus § 2º cap. 4, ubi asseruimus, has ppositiones Deus punit iustitia, n̄ vº misericordia, et Deus miseretr misericordia, n̄ vº iustitia, vel salvari ratione diversorum effectuum, quos connotant, hoc ē Deus punit exercendo extrincam punitionem, n̄ vº extrincam miserationem, et ecª, vel salvari in sensu reduplicativo absq distinctione aliqua intrinca ex parte recti iustitię, et misericordię.

Dices 2. quod Deus sit misericors ē aliqua perfectio intrinca Dei; sed hanc n̄ affirmo, qndo pręcisse affirmo Deum ēē iustum: q aliqua perfectio intrinca Dei affirmatr, et alia n̄ affirmatr qndo pręcisse de illo affirmo ēē iustum; sed tunc datr distinctio pręcisiva ex parte obti, qndo aliqd realitr idatum affirmatr, et aliud realitr etiam idatum n̄ affirmatr: q datr ex parte obti pręcisiva distinctio intr divas perfectiones. Rētr, misericordiam divam ii sumi posse, quoad intrincam pręcisse perfectionem, et hanc affirmo de Deo, quotiescunq de illo affirmo suam

iustitiam, li sumi posse pro entitate diva cognita in ordine ad extrincam miserationem, et hanc ñ affirmo, qndocunq affirmo de Deo, quod sit Iustus.

Cap. 7. Aliorum argutorum expeditio.

Dices 3: divinę perfectiones sententiam, quam amplectimur, ñ possunt raone distingui: ergo ut raone distinguantr, adstruenda e distinctio raonis ex parte obti precisiva. Ans probatr, quia eędem oēs perfectiones quoad intrincum attinguntr per qmcunq cognitionem, quę tendtr ad Deum, et solum ē diversitas in cognitionibus, per quas formalitr attinguuntr, et in connotatis extrinsecis in ordine, ad quę comparantr, sed tam cognitiones, qm extrinca connotata realitr intr se distinguuntr: ergo tota distinctio, quam appellamus raonis, ē distinctio realis. Unde, ut divę perfectiones raone ratiocinata distinguantr, asserendum ē, perfectiones divas per cognem intrinse prescindi, et consequentr distionem ēē ex parte obti precisivam.

Resr, neg ans, et ex hoc argto solum probari, distinem raonis ñ ēē aliqd intrincum precidens ex parte obti, quod nos libentr admittimus. Illud ergo obtum intrince unum, et indivie correspondens cuicunq cognitioni, quę ad ipsum tendtr, dicitr raone extrincé, ñ vero intrincé distingui, quatenus per unam cognem attingitr, ut precisé equipollens substantię intellę creatę, et per aliam, ut equipollens actuali intellectioni, raone quarum cognitionum, iam denoatr potens intelligere, et iam denoatr, actualis ratio intelligendi. Cum ergo idem obtum iam denoetr intelligens, iam intellectio per formas illas extrincas diversarum cognitionum, hoc ē sufficiens, ut raone extrincé, sive per formam extrincam cognitionis á seipso distinguatr.

Dices 4: ñ potest salvari unam perfectionem

ēe priorem aliā, sive actum 1um respectu alterius, nisi detr distinctio ex parte obti precisiva intr unam, et alteram: ergo revera datr eiusmodi precisiva distinctio intr plures divinas perfectiones. Con patet, quia plures divine perfectiones sunt priores aliis, et sunt actus 1us respectu aliarum. Ans probatr, ratio actus 1i dicit aliquam prioritatem respectu actus 2i; sed pro eo signo, pro quo datr hec prioritas non intelligitr actus 2us: ergo datr precisiva distinctio ex parte obti intr actum 1um, et 2um, nam hec datr quoties cumque pro aliquo signo potest unum cognosci sine alio secum realiter identificato. Mayor huius syllogismi ē certa, et probatr minor: pro eō signo, pro quo intelligitr hec prioritas, solum intelligitr id, quod ē prius; sed actus 1us non ē prior se ipso: ergo pro eo priori non intelligitr actus 2us.

Confirmatr: intelligi non potest quomodo unus actus divinus moveat, et excitet Deum ad eliciendum alium actum, nisi detr aliqua precisiva distinctio ex parte obti intr actum moventem, et actum, ad quem movetr: ergo datr eiusmodi precisiva distinctio intr plures actus divinos. Ans probatr in actu imperanti, et imperato, in intentione finis, et electione mediorum, qui nullam in se imperfectionem dicunt, et contr possunt in Deo concedi; cum non actus imperans moveat ad imperatum, et actus imperans in suo formalissimo conceptu non sit imperatus, et intentio finis moveat ad electionem mediorum, et intentio finis in suo formalissimo conceptu non sit formalis electio mediorum, fit quod actus imperans ab imperato, et intentio finis ab electione mediorum formalitr, et precisivè ex parte obti in divinis distinguantr.

Respondetr, neg. ans; nam cum actus 1us respectu actus 2i, et prioritas, quam habent divine perfectiones ad alias non fundent prata contradictoria realia, ut iam probavimus, fit, quod ex ratione actus 1i, et 2i, et ex illa prioritate, quam habent alique divine perfectiones ad alias, nullo modo deducatr distinctio rationis ex parte obti precisiva.

Ubi iterum notandum est, nos in hoc tractu, an ex mysterio trinitatis aliqua p[rae]t[ens]a c[ontra]dictoria deducantur inter intellectum, et intellectionem. Nos n[on] hic praecisse loquimur de Deo, ut uno.

Ad probationem antecedentis concedo maiorem. Ad istam minor. Pro eo signo, pro quo datur haec prioritas, n[on] intelligitur actus 2us specificatiue sumptus, neque movem. Ut ad p[raeci]se sumptus. Concedo. Iam dixi l. 2a q. 1a. cap. 4. solum esse in Deo entitatem positivam n[atur]alem, quae p[er] diversas nostras cognitiones iam denotatur actus 1us, iam actus 2us. Ad probationem dicitur, actum divinum imperantem, et intentionem finis n[on] esse vere, et proprie moventem ex parte ipsius Dei ad actum imperatum, et ad electionem mediorum, hoc n[on] esset ponere in Deo distinctionem realem inter suos actus, et ponere ex parte ipsius Dei aliquam veram causalitatem inter illos. Quod n[on] est admittendum. Admittuntur ergo in Deo eiusmodi actus seclusis imperfectionibus motionis, et exercitationis reales, quibus Deus p[er] unicam realiter, et virtualiter indivisibilem entitatem equipollet subst[antiae] intellectivae, et volitivae creatae, quae progreditur in suis actibus eo ordine motionis, et exercitationis unius ad alterum. Hoc autem n[on] arguit passivam illam ex parte obiecti distinctionem, sed solum, quoties ipsi actus ab intellectu nostro cognoscuntur, iam per comparationem ad hunc actum creatum, qui realiter prior est, et movet ad alterum, iam p[er] comparationem ad alium, qui realiter posterior est, et excitatur ab altero.

Cap. 8. Datur distinctio rationis ex parte obiecti praecisiva inter eas perfectiones, inter quas versatur distinctio realis virtualis.

Hucusque loquuti fuimus de perfectionibus divinis inter quas versatur omnimoda identitas, tam realis, quam virtualis et asseruimus inter ipsas nullo modo versari distinctionem ex parte obiecti, sed solum ex parte actus praecisivam. Modo loquimur de perfectionibus illis, inter quas invenitur virtualis

distinctio

distinctio realis virtualis, et defendimus inter eas versari distinctionem raonis ex parte obti preoisivam. Et hanc sentam iam diu in Methaphica docuimus, qmvis opposita habeat nobilissimos quidem patronos. Pro nostra tn senta inter alios videantr P. Suniga de trate (D. 3a, dubio 6. Et P. Arriaga tractu de visione (D. 9. sect. 3.

Probatr 1o hec nostra senta: ratio propter quam negaretur in divis perfectionibus distinctio raonis ex parte obti preoisiva, esset, q̃ n̄ daretr capacitas ad substinenda duo ea prata da dictoria cognoscitr, n̄ cognoscitr, sed obtum, licet realitr unum, virtualitr tn, et intrinse multiplex habet capacitatem ad verificanda duo ea prata da dictoria. g divine perfectiones, licet sint obtum realitr unum, si tn sint virtualitr intrince multiplex, distinguntr distione raonis preoisiva ex parte obti. Maior ē certa, nam totum fundum huius distinctionis ē verificatio illorum pratorum dictoriorum. Minor probatr: datâ distione reali virtuali, datr capacitas ad verificanda prata da dictoria realia, et intrinca: g datâ eadem distione reali virtuali, datr capacitas ad verificanda prata da dictoria extrinca, q̃ n̄ maior capacitas requiritr ad unum, qm ad aliud.

Respondent adversarii: capacitatem ad verificaonem duorum dictoriorum intrincorum de una entitate realitr indivisi ēe mysterium, quod ex fide credere cognoscimur, in cuius obsequium captivandus ē intrius, teste Apostolo, et nisi ex fide ad id credendum cogeremur, nullatenus esset admittenda in entitate realitr una capacitas ad prata da dictoria intrinca realia; cum autem ex fide n̄ cogamur admittere capacitatem ad prata aliqua da dictoria extrinca

pertinentia ad intrum, non est à Viro theologo admittenda eiusmodi capacitas, et consequenter, neque precisiva distinctio ex parte obiecti inter divinas perfectiones, quae in eiusmodi capacitate fundatur.

Contra 2.

et explicatur nostra sententia, non solum Viro theologo admittenda sunt illa praedicata de 1ª distinctio de obiecto realiter trino, quae fides immediate nos docet, sed etiam ea praedicata, quae ex propriis principiis fidei deducuntur: ergo non solum illa, sed etiam haec à Viro theologo admittenda sunt admittenda, ... admittenda sunt, in quibus distinctio ex parte obiecti precisiva fundatur. Maior est certa, et probatur minor: et loquamur de relationibus, inter quas, et praedicata absoluta admittitur distinctio realis virtualis, ut ex eis ad praedicata absoluta, intellectionem vlt, et volitionem, inter quas nos eandem distinctionem realem virtualem concedimus, sed nomen transferamus. Quando dicimus filiatio producitur, non intelligitur ex parte obiecti, ut propositio sit vera, essentia divina, alias verum esset dicere, quod essentia divina produceretur: ergo praedicata 2ª distinctio extrinseca ex principiis fidei deducuntur.

Idem in aliis propositionibus videre est. Quando enim dicimus, Essentia divina communicatur filio. Ex parte subiecti non venit intelligenda Paternitas, quae realiter actualiter cum essentia divina identificatur, si enim veniret intelligenda Paternitas, diceretur de Paternitate, quod communicaretur filio, sed hoc est dari precisionem ex parte obiecti. Ergo etc. Minor probatur, quia precisionem ex parte obiecti nihil aliud est, quam affirmare de una formalitate praedicatum, quod illi convenit, quin affirmemus illud de alia formalitate, cui non convenit, sed de relatione possumus affirmare praedicatum, quod illi convenit, quin illud affirmemus de essentia, cui non convenit, et econtra, possumus de essentia affirmare praedicatum,

quod illi convenit, qn illud affirmemus de rationes, cui n convenit; ergo etc.

Probatur 2: maiorem vim habet obtinē præscindendi ordo intentionalis, qm unio phisica, et realis; sed unio phisica, et realis habet vim obtinē præscindendi: ergo ordo intentionalis potest obtinē præscindere. Maior e certa, et inter Philosophos, et theologos indubitata. Minor probatur: unio realis, et phisica, qualis e hypostatica fuit facta immediate ad personalitatem divi Verbi, n autem ad naturam divam; quæ cum Verbi personalitate realiter actualiter idatur: ergo unio phisica, et realis habet vim obtinē præscindendi, nam præscindere, e attingere unum ŝ alio, at cum illa unio attingat immediate personalitatem divini Verbi, qn immediate attingat Naturam divam obtinē præscindit inter utramque perfectionem, stante distione reali virtuali, atque adeo hujusmodi virtus n e neganda cognitioni, stante similiter distione reali virtuali.

Loquamur modo de prædicatis ablutis intellectione nimirum, et volitione, et facile erit probare inter utramque perfectionem distinctionem ex parte obiti præcisivam. Nam qmcunque duo extrema possunt sustinere prædicata contradictoria intrinseca, et realia, propter mirabilem distionem virtualem, possunt sustinere prædicata contradictoria extrinseca, et intentionalia; sed ex eo quod possint substinere prædicata contradictoria extrinseca, et intentionalia, possunt obtinē præscindi: ergo intellectio diva, et volitio, possunt obtinē præscindi. Mayor probatur; ŝ eo ipso, quod affirmemus Deum producere Verbum per intellectionem, et n per amorem, venit intelligensa intellectio, n autem volitio; et eo ipso, quod affirmemus Deum spirare Spiritum per amorem, n autem

p intellectionem venit intelligenda volitio, non autem intellectio; atqui hoc est obiectivé praescindere: ergo etc.

Cap. 9. contraria fundamenta evelluntur.

Omnia desumuntur ex iis, quae in paragrapho 5 produximus ad impugnandas praecisiones obiectivas, ubi non adest distinctio realis virtualis. Primum est: etiam si detur distinctio realis virtualis, non datur fundamentum, ut intellectus cognoscat unum sine alio: ergo non datur distinctio rationis ex parte obiecti praecisiva inter perfectiones, inter quas intercedit distinctio realis virtualis. Consequentia est evidens, et antecedens probatur; ubi non est actualiter unum, et aliud, non potest unum cognosci sine alio; sed etiam stante distinctione reali virtuali non est actualiter unum, et aliud, quia cum identitate reali non potest compati unum, et aliud actualiter: ergo etiam stante distinctione reali virtuali non potest unum cognosci sine alio.

Respondetur negando antecedens. Ad probationem distinguo maiorem: ubi non est actualiter, aut virtualiter unum, et aliud, non potest unum cognosci sine alio, nego maiorem: ubi non est, neque actualiter, neque virtualiter unum, et aliud non potest unum cognosci sine alio, concedo maiorem. Contendimus enim eam virtualem distinctionem ex parte obiecti esse sufficientem, ut unum cognoscatur sine alio, sicut est sufficiens ad sustinendum alia praedicata contradictoria realia. Unde fit, quod sicut ad sustinendum praedicata contradictoria realia non requiritur de necessitate, quod unum non sit actualiter aliud, ita non requiritur de necessitate, quod unum non sit actualiter aliud, sed sufficit, quod non sit virtualiter aliud, ut unum cognoscatur sine alio.

Secundum est: Haec praedicata cognosci, et non cognosci supponunt ex parte obiecti supra quod cadunt, aliquam

distinctionem, quæ verè, propriè, et formaliter distinctio sit; sed distinctio virtualis verè propriè, et formaliter non est distinctio: ergo supra obiectum solum distinctum virtualiter non possunt cadere eiusmodi prædicata. Maior ex nostris principiis constare videtur; sicut enim currere, et non currere petunt cadere super subiecta, quæ aliquam veram, et propriam distinctionem patiuntur, ita similiter cognosci, et non cognosci. Minor etiam ex nostris principiis est manifesta, nam distinctio hæc mirabilis solum est continentia capacitatis ad duo prædicata contradictoria absque imperfectione distinctionis; et ideo est eminenter, sive æquivalenter, et virtualiter solum distinctio; et sicut continere eminenter creaturam non est esse verè, propriè, et formaliter creatura; ita esse eminenter, sive virtualiter distinctio non est esse verè, et propriè distinctio.

Respondetur,

Hæc prædicata cognosci, et non cognosci saltem supponere ex parte obiecti aliquam distinctionem virtualem, quæ licet verè propriè, et formaliter distinctio non sit, sufficiens est tamen ad verificationem eorum prædicatorum; unde absolutè negandum est eiusmodi prædicata supponere ex parte obiecti aliquam distinctionem, quæ verè, propriè, et formaliter distinctio sit. Et quamvis aliqua prædicata contradictoria petant realem subiectorum distinctionem ad sui verificationem, non tamen omnia, ut ex fide docemur. Neque aliquid in contrarium supra docuimus, quando expresse asseruimus eiusmodi prædicata verificari non posse, nisi antecedenter ad cognitionem detur aliqua distinctio, vel realis, vel formalis, vel virtualis, et modo asserimus, posse verificari stante distinctione intrinseca virtuali, quamvis verè, propriè et formaliter distinctio non sit. Tum etiam intellectus nihil aliud exercere potest quam obiectum, quamvis illud cognoscere, sed aliquid aliud exerceret praescindendo duas formalitates, licet inter ipsas intercederet distinctio realis vir- si haberet vim tualis. Ergo non habet vim obiectivè praescindendi duas formalitates,

licet inter ipsas intercedat distio realis virtualis. Mayor à nobis
s.º statuta e, et probat minor; intrus sua praecisiva distione
faceret actualiter duas formalitates, quae non sunt duae ante cognitionem:
sed hoc e aliquid aliud exercere erga obtum praeter cognoscere, fa-
cere nimirum intrinse actualiter multiplex, quod antea non
erat intrinsece actualiter multiplex: et aliquid aliud exerceret
quam obtum praeter cognoscere, si haberet vim obtive praescindendi
inter formalitates realiter actualiter identificatas.

Resp. concessa maiori, et neg.º minorem. Ad probationem distinguenda e maior:
intrus sua praecisiva distione faceret ee actualiter duas
formalitates, ita ut actualitas illa duarum formalitatum formaliter,
et reduplicative, quà talis, sit ex parte obti, neg. maiorem: ita
ut actualitas illa duarum formalitatum reduplicative, et
formaliter, quà talis, non sit ex parte obti. Concedo maiorem. Obtum
itaq. virtualiter intrinse multiplex, et unum identitate reali,
sicut potest sustinere praedicata contradictoria realia, ita potest
correspondere, et non correspondere uni, et eidem cognitioni:
quando correspondet cognitioni, ita ut idem non correspondeat ei-
dem cognitioni, fit actualiter multiplex per formam illam ex-
trinsecam cognitionis; et cum haec extrinseca forma cognitionis
non se teneat ex parte obti, non datur ex parte obti multipli-
citas formalitatum actualis formaliter et reduplicative, quà
talis, et consequenter nihil immutat cognitio circa obtum.

Arg.um 2.
Deus perfectissime cognoscit mysterium trinitatis sine ulla praecisione
obtiva; cognoscit non Essentiam communicatam filio, non vero
Paternitatem, filiationem ee productam, non vero Essentiam divinam;
Verbum procedere per intellectionem, non vero per amorem, et Spiri-
tum Sanctum per amorem, non autem per intellectionem, et alia huiusmodi,

qr obtiné prescindat Essam, et relaones, intellectionem et volitionem. Qneq nos obtiné prescindemus intr eiusmodi perfectiones. Fietr p fralitatem illam cognitionis, quá Deus affrat, Essam coicari filio, ñ affirmare idem de Paternitate, et p cognitionem, quá affrat, filiationem ee productam non affirmare idem de Essa diva, et p cognitionem, quá affrat Verbum procedere p intellectionem, ñ affrare idem de volitione, et sic de aliis.

Contendimus q stante distione intrinca virtuali posse unum pratum affrari, qr illud affirmetr de perfectione realitr idata, quod ñ posset contingere, si ñ detr intrinca hec distio virtualis. Et qmvis Deus p actum realitr unum omnia perfectissimé cognoscat, omnia tn cognoscit p actus diversos raone nostra; unde fit, quod actus affirmans, Essam coicari filio sit raone diversus ab actu affirmanti ñ coicari Paternitatem, et unus attingat precisse Essam, et alius precisse Paternitatem, et consequr, quod Deus prescindat p utrunque actum. Et qmvis demus actum, quo Deus attingit oia sua prata ee unicum raone nostra, adhuc stat precisio in illo actu divino, nam p illum affirmatr relaonem distingui, et Essam ñ distinguui; prescindere ñ e affirmare de una fralitate pratum, quod ñ affirmatr de altra, qd qd sit, an ea fralitas p eundem actum sub alio prato diverso cognoscatr.

Disputatio 6. An detr inclusio Ess in attributis, attributorum in Essentia, aut attributorum intr se? Qo 1a. An implicet ex suo ccptu mutua inclusio divinarum perfectionum? Cap. 1.

Aliqua supponuntr, et sententiae referuntr.

Supponendum e 1: nos in praesenti n loqui in sensu reali, et identico, nam cum ex dictis manifestum sit, nullam dari distinctionem realem intr attributa, et essam, et attributa ipsa intr se, n potest proprie loquendo dici, essam realitr includere attributa, aut attributa essam, aut unum attributum realitr includere aliud, sed dicendum e omnia haec ee unicam realitr, et indislem entatem. Loquimur g aut in sensu frali, et methaphisico, et inquirimus, an essa diva, et attributa fralitr, et methaphicé sumpta mutuo includantr, aut loquimur in sensu virtuali, in quo una perfectio n e alia virtualitr, ut iam magis declaro.

Supponendum e 2: inclusionem ex conceptu talis petere aliqm distionem intr includens, et inclusum, nam aliter conceptibilis e inclusio. Unde si distinctio intr includens, et inclusum fuerit realis, inclusio erit realis, qualis datur intr hoem, et materiam. Si distinctio fuerit virtualis, dabitr inclusio virtualis, et si distinctio fuerit raonis, inclusio solum erit raonis, qualis e ea, quae datr intr hoem, et aial. Cum g nos amiserimus solum distionem raonis, aut virtualem intr aflutas perfectiones, solum de inclusione raonis, aut virtuali, sermo nobis futurus e.

Supponendum e 3: in senta nostra negantis praecisiones obtivas intr fralitates habentes oimodam identatem, tam realem, qm virtualem, dari unicum conceptum obtivum correntem cuicunque cognitioni, ut iam probatum e, in quo sensu poterat dici oes illas perfectiones sese quoad intrinecum entatem includere, si hoen inclusionis vellimus latius extendere; caeterum cum iam dixerimus

inclutionem petere aliqm distionem intr includens, et inclusum, et hec n̄ detr intrinse, et ex parte obti inter perfectiones illas, melius ē dicere, eas ēē, quoad intrincam entatem unicum, et simplicissimum deceptum obtivum.

Sicut

g distinctio raonis fit sc̄dum nostram sentam qmdocunque dive illę perfectiones, quę habent omnimodam identatem, tam reatem, qm virtualem attinguntr p diversos actus, et ex rē unius obtum illud ōīo indistē iam attingitr sub denoatione Essę, iam sub alia denoatione attributorum, et contr fiat p extrincam fraīn cognitionis diversimodē obtum attingentis, qn in obto multiplicitas aliqua intrinca fralitatum detr, aut resultet: ita in dubium revocamus, an Essa divina cognita sub conceptu, et denoatione Essę, et ex parte actus ab attributis distincta includat attributa, et similitrn attributa cognita sub conceptu, et denoatione attributorum, et ex parte actus ab Essa condistincta includant in suo fralissimo conceptu Essam divinam, et qmdo datr distinctio raonis praecisiva ex parte obti fundata in distinctione intrinca virtuali, rogamus, an illa perfectio, prout subiacet cognitioni, quā cognoscitr, ut talis includat alias perfectiones, et ecōa.

Stis

expositis Lo cē praesentem difficultatem senta tuetr, darī mutuam inclutionem Essę in attributis, et attributorum in Essentia, et contr eiusmodī inclutionem n̄ cē implicatoriam et repugnantem ex suo conceptu. Ita P. Suarez lib. Lo de Essa Dei cap. 13. et in Methaphysica D. 30, sect 5, et 6. Pr Granado La parte tractu 2o D. 7. P. Hemelman in suis disputationibg. theologicis volumine L, titulo 4. D. L, cap 6. nūro 13. Salmanticenses tractu de voluntate, D. 4. dubio L, para-

paragrafo 3. Rafael Aversa 1a parte q. 3 de simplicitate Dei, sect. 7. Eandem sententiam eo modo explicatam quo a nobis infra explicabitur, et impugnabitur, defendunt ingeniosi RR.

2a senta acriter contendit non dari mutuam inclusionem Essentiae in attributis, et attributorum in Essentia, et inter se, et eiusmodi mutuam inclusionem esse intelligibilem, implicatoriam, et repugnantem. Ita Scotistae communiter, quamvis hi ducantur ex sua distinctione media, quam constanter asseverant intercedere inter attributa, et Essentiam divinam, et inter unum attributum, et aliud. Eandem sequuntur opinionem P. Vasquez 1a parte D. 119, cap. 2. eius fidus discipulus P. Alarcon tractatu 5o de trinitate D. 2a cap. 12. P. Fasolus tomo 1o in 1am partem q. 4, arcuto 2. P. Grerice in 1am partem D. 3 cap. 2. nuro 6. P. Meratius tractatu de Deo D. 47 sect. 2a. Et alii praesertim ex RR. bus.

cap. 2. quid sit in hac difficultate sentiendum.

Asserimus, mutuam inclusionem esse ex suo conceptu implicatoriam, et repugnantem, et consequenter non dari inter Essentiam, et attributa, et inter unum attributum, et aliud. Probatur 1: includens eo ipso quod sit includens, est totum, et inclusum, eo ipso, quod sit inclusum, est pars saltem methaphysica, virtualis, aut rationis respectu alterius: includens est continens, ut ex ipsis terminis est manifestum, et inclusum est contentum: includens est maius, et inclusum est minus: at quis implicat ex suo conceptu aliquid respectu eiusdem esse totum, et esse partem, esse continens, et esse contentum, esse maius, et esse minus: ergo implicat aliquid respectu eiusdem esse includens, et esse inclusum, et consequenter implicat Essentiam divinam esse includentem attributa, et attributa esse includentia Essentiam, et unum attributum mutuo esse includens, et inclusum respectu alterius.

Probatur 2: implicat ex sola apprehensione terminorum aliquod extremum consideratum secundum ea, quae sunt de formalissimo conceptu ipsius, excedi ab alio, et quod idem extremum secundum eundem suum formalissimum conceptum, vicissim excedat illud, a quo exceditur: ergo implicat idem extremum esse includens, et per eundem formalissimum conceptum esse inclusum in illo, quod includit. Consequentia patet, quia si per eundem formalissimum conceptum, per quem est includens, esset inclusum, per eundem formalissimum conceptum esset excedens, et excessum, quandoquidem includens ex conceptu talis est excedens, et inclusum ex conceptu talis est excessum.

Antecedens probatur; ut aliquod extremum excedat aliud, debet dicere in suo conceptu formalissimo totum, quantum dicit aliud, et insuper superaddere aliquid, quod non dicat aliud, alioquin non esset excedens ut est evidens; sed implicat, quod si aliquod extremum consideratum secundum omnia, quae sunt de formalissimo illius conceptu, exceditur, dicat totum, quod dicit excedens, et superaddat aliquid, quod non dicat excedens: ergo implicat ex suo conceptu, quod aliquod extremum consideratum secundum omnia, quae sunt de formalissimo illius conceptu, excedatur ab alio, et vicissim per eundem conceptum excedat id, a quo exceditur. Minorem probo, quia vel illud, quod superadderet extremum A supra extremum B esset de conceptu B, vel non esset de conceptu illius? si dicas 2um, non dabitur mutua inclusio, neque A excederet B per illum ipsum conceptum, per quem exceditur, sed per alium, qui non exceditur. Si 1um dicas: infertur evidenter extremum A aliquid superaddere et non superaddere supra extremum B quod est contradictio manifesta.

Probatur 3: mutua extremorum

inclusio pugnat cum distinctione eorundem: Ergo est implica-
toria. Consequentia patet, quia implicat ex suo conceptu dari inclusio-
nem inter ea, quae nullam habent distinctionem; includens
enim quâ tale distinguitur ab incluso, cum nihil se ipsum dicatur
includere, et econtra, si haec inclusio pugnat cum distinctione
extremorum, censenda est implicatoria, ut ex dictis constat.
Antecedens probatur: non potest dari distinctio inter ea, quorum quodlibet
dicit in suo formalissimo conceptu quidquid dicit aliud, et nihil
aliud superaddit; atqui extrema mutuae inclusionis dicunt in
suo formalissimo conceptu quidquid aliud dicit, et nihil aliud superaddunt:
Ergo non potest dari distinctio inter extrema mutuae inclusionis.

Maior est certissi-
ma, cum distinctio in eo fundetur, quod unum non sit aliud, sive in eo
quod unum dicat, quod non dicit aliud, et econtra in intelligibilibus
est distinctio inter extrema, quorum quodlibet dicit in suo formalissimo
conceptu quidquid dicit aliud, et nihil aliud superaddit. Minor
probatur; extrema mutuae inclusionis taliter se habent, ut unum sit
de formalissimo conceptu alterius, et nihil aliud dicat unum, quod
non claudatur in alio; V.g. conceptus formalissimus iustitiae est conceptus
formalissimus misericordiae, et nihil dicit conceptus iustitiae, quod
non dicat conceptus misericordiae, et conceptus misericordiae est forma-
lissimus conceptus iustitiae, et nihil dicit conceptus misericor-
diae, quod non dicat conceptus iustitiae: Ergo unus dicit quidquid alius
dicit, et nihil superaddit unus supra alium, ratione cuius ab
alio distinguatur.

Ex his tribus rationibus manifeste convincitur non
dari mutuam inclusionem inter essentiam, et attributa, et inter
attributa ipsa inter se collata; sequeretur enim essentiam divinam, et attri-
buta vicissim esse totum, et esse partem, esse continens, et esse conten-
tum, esse maius, et esse minus, esse excedens, et excessum, aliquid

aliud superaddere, et non superaddere, distingui, et non distingui, quæ omnia manifestam involvunt contradictionem. Et hæc sententia, quamvis his efficacissimis argumentis non impeteretur, solum propter suam obscuritatem deserenda esset, ut in capite sequenti magis declaro.

Cap. 3. Commune quoddam effugium præcluditur.

Dicunt RR. aliqui: mutuæ inclusionis defensores arguta, quæ capite præcedenti attulimus efficaciter quidem convincere non dari mutuam hanc inclusionem secundum conceptus explicitos, quia revera essentia divina non explicatur per attributa, neque attributa per essentiam explicantur, et consequenter conceptum explicitum essentiæ non includere conceptum explicitum attributorum, neque conceptum explicitum attributorum conceptum explicitum essentiæ. Ceterum deinde, inquiunt, conceptum explicitum essentiæ includi in conceptu implicito attributorum, et e converso conceptum explicitum attributorum includi in conceptu implicito essentiæ.

Hanc solutionem, et doctrinam tanquam obscuram, et inintelligibilem reiecimus Lib. 1o Physicorum, quando de respectibus materiæ essentialis ad formas sermo instituebatur. Præterea modo dico: quod quod essentia divina includat secundum suum conceptum implicitum explicitum attributorum nihil aliud est ex mente adversariorum, quam, quod si essentia divina intimius, et clarius cognoscatur per conceptum adæquatiorem, et conformiorem rei, ut est in se, debet ibi attributa cognosci propter realem identitatem, quam habent cum essentia divina; sed hoc nihil aliud probat, quam realem identitatem, quam habet essentia cum attributis, et attributa cum essentia, et ad summum inclusionem realem, si forte realis identitas non

inclusionis ē appellanda; inutilis qᵒ ē ea inclusio penes implicitum, et explicitum, quæ ab his RRbus adstruitur.

Ex quo reiicio 2. eandem doctrinam: in Deo datur fundamentum, ut concipiamus divinam essentiam, perfecte constitutam in ratione essentiæ absque eo quod concipiamus explicite, aut implicite perfectiones attributales ingredientes infralissimum illum essentiæ conceptum, de quo solum in præsenti loquimur. Et similiter datur in Deo fundamentum, ad concipiendum perfectiones attributales in ratione talium absque eo quod concipiamus perfectiones pertinentes ad essentiam ingredi infralissimum conceptum attributorum, de quo solum in præsenti fit sermo; ad quid ergo ē ea tradenda conclusio penes implicitum, et explicitum? id quod sequenti ratione magis expono.

Reiicio 3: Essentia divina, ut essentia divina ē, constituitur per radicem omnium perfectionum divinarum; unde quandocunque quis radicem omnium perfectionum divinarum conceperit, essentiam divinam concepit, prout essentia divina ē; sed radix, ut radix ē, et principium, ut principium, ē extra radicatum, et principiatum ē; ergo essentia divina, ut essentia divina, ē extra attributa; et cum radicatum, et principiatum, sit extra radicem, et principium, similiter attributa erunt extra suam radicem, quæ ē essentia divina, et consequenter neque essentia divina, ut talis, explicite, aut implicite includit attributa, neque attributa, ut talia explicite, aut implicite includunt essentiam.

Reiicio 4, et probo: hanc mutuam inclusionem qualiter ab his RRbus adstruitur, esse inintelligibilem. Conceptus implicitus essentiæ claudens attributa, vel addit aliquid, prout condistinguitur à conceptu explicito essentiæ supra attributa, vel nihil addit? si 1um dicas, manifeste falleris, quia illud, quod adderet pertineret ad essentiam, et

coentr ad conceptum explicitum, quo Essa, ut Essa explicatr. Si 2um dicas: conceptus ille implicitus, quem assignas nihil aliud erit, quam attributa ipsa, et cum attributa ipsa se ipsam includant, conceptus ille implicitus non includet attributa. Nam, ut ex dictis constat, neque aliquid se ipsum includere dicitr, neque includens intelligi potest, nisi aliquid aliud addat supra inclusum. Et idem argutum esse conceptum implicitum attributorum formandum est.

Reiicio 5: conceptus Essae adequaté distinguitr ab attributis: quia attributa, neque explicite, neque implicité includuntr in Essa, neque Essa in attributis. Cons patet quia si attributa includantr in Essa, sive explicite, sive implicite dicantr includi, conceptus Essae non distingueretr adequaté ab attributis quo inclusum, sive implicitum, sive explicitum dicatr, est de conceptu includentis. Ans ex iam dictis est manifestum; satis n. in superioribus probavimus Essam divam nullo modo per prata secundaria, sive attributalia esse constituendam. Idem dico de attributis; satis n. iam est in superioribus expositum, quomodo prata secundaria, et attributalia adequaté distinguantr á pratis primariis, et pertinentibus ad Essae constitutionem.

Reiicio 6 ostendendo sententiam nostram prima nullam hic supperesse difficultatem, et non esse ad haec torum involucra penes implicitum, et explicitum recurrendo. Tunc dantr conceptus se se adinvicem excludentes, quando connotata unius non includuntr in connotatis alterius, ut in aiali, et roali videre est, quae ideo se se adinvicem excludunt, quia connotata aialis non includuntr intr connotata roalis, neque econtra; sed connotata Essae non includuntr intr connotata attributorum. neque connotata attributorum intr connotata Essae;

ergo Essa diva, et attributa non conceptus sese ad invicem excludentes, et consequenter non datur mutua, et reciproca inclusio inter Essam, et attributa, neque quoad explicitos, neque quoad implicitos conceptus.

Cap. 4. Vires adversariorum franguntur.

Opponitur 1: diva substa debet esse simplicissima, et minime composita; sed si non daretur mutua, et reciproca inclusio inter Essam, et attributa, diva substa non esset simplicissima, et minime composita: ergo datur mutua, et reciproca inclusio inter Essam, et attributa. Respondetur 1o rogando adversarios, an Essa, et attributa ratione ratiocinata distinguantur, vel non? si 1um dicant, manifeste sequitur in Deo dari pluralitatem, et compositionem, quia ea distinctio, quae in Deo datur, pluralitatem, et compositionem inducit. Si 2um dicant, contra sunt ea omnia, quae in decursu totius tractatus adduximus ad probandam distinctionem rationis ratiocinatae inter divas perfectiones, et inter Essam, et attributa.

Respondetur 2: divam substam esse simplicissimam, et minime compositam actualitate ante opus intellectus, non vero esse simplicissimam, et minime compositam, etiam adveniente intellectus operatione, nam sicut adveniente operatione intellectus advenit distinctio, ita etiam adveniente intellectus operatione advenit pluralitas, et compositio. Nec in hoc aliquod relucet inconveniens, nam sicut ex distinctione rationis solum arguitur, divam substam propter suam eminentissimam foecunditatem praebere fundamentum ad varios conceptus formales circa ipsam efformandos, ita ex hac methaphisica compositione non involventi mutuam, et reciprocam perfectionum componentium inclusionem eadem foecunditas deducitur.

Opponitur 2: si negetur inclusio mutua inter Essam, et attributa, neque haec, neque illa essent infinite perfecta; sed hoc est absurdum: ergo asserenda est eiusmodi inclusio mutua. Sequella probatur; conceptui attributorum deficeret conceptus Essae et

et conceptui Essentiae deficeret conceptus attributorum; sed hoc arguit, neque Essentiam, neque attributa esse infinité perfecta, quia cui deficit aliqua perfectio, non potest esse infinité perfectum: ergo si negetur inclusio mutua, neque Essentia, neque attributa essent infinité perfecta. Negatur, neque manent; Essentia enim et attributa essent infinité perfecta, quamvis neque attributa includerentur in Essentia neque Essentia includeretur in attributis. 203

Ratio est, quia quamvis Essentiae secundum conceptum virtualem, aut formalissimum Essentiae deficerent via inclusionis perfectiones attributorum, quia tamen haec non pertinent ad lineam, et constitutionem Essentiae formalissimam, nulla perfectio deest Essentiae pertinens ad lineam, et constitutionem formalissimam Essentiae, et consequenter haec est infinité perfecta, licet non includat perfectiones ad suam lineam non pertinentes, nam infinitum in linea solius Essentiae solum petit includere infinitam perfectionem ad lineam Essentiae solum spectantem. Et cum ex hoc arguto non convincatur, Essentiam divinam per attributa esse formalissimé constituendam, ut iam vidimus D. 2. q. 3. cap. 4. ita ex eo non probatur mutua divinarum perfectionum inclusio, ut unaquaeque perfectio sit in sua linea infinité perfecta.

Opponitur 3: unumquodque formatum divinum debet poni, et concipi in Deo cum maiori perfectione, quae possit excogitari; sed non poneretur, et conciperetur in Deo cum maiori perfectione, quae posset excogitari, si non daretur mutua inclusio Essentiae, et attributorum: ergo revera datur talis mutua, et reciproca inclusio. Minor probatur: si ponatur et concipiatur Essentia involvens, et includens in suo formalissimo conceptu perfectionem sapientiae actualis, cum maiori perfectione poneretur, et conciperetur, quam si praecisse poneretur, et conciperetur Essentia non involvens,

et includens in suo formalissimo conceptu perfectionem Sapientiæ actualis: et si sic, si poneretur, et conciperetur Sapientia actualis involvens, et includens in suo formalissimo conceptu perfectionem essentiæ, cum maiori perfectione poneretur, et conciperetur, quam si præcisse poneretur non involvens, et includens in suo formalissimo conceptu perfectionem essentiæ: ergo nisi ponatur mutua, et reciproca inclusio, non ponentur, et concipientur divina formata, cum maiori perfectione, quæ possit excogitari.

Respondetur, concedendo maiorem, et negando minorem; nam essentia et attributa debent poni, et concipi in Deo secundum eam perfectionem, quæ in ipsis competit intra proprias suas lineas, et secundum suum specialissimum conceptum formalem, et cum sese adinvicem excludant secundum specialissimum conceptum formalem uniuscuiusque proprium, ponuntur, et concipiuntur in Deo cum maiori perfectione, quæ potest excogitari, quamvis negetur mutua, et reciproca inclusio. Ad probationem minoris dicendum est, essentiam divinam nunquam posse cum veritate concipi, tanquam involventem, et includentem in suo formalissimo conceptu Sapientiam actualem, neque quodlibet aliud attributum, ac proinde non conciperetur cum maiori perfectione, si conciperetur, tanquam involvens, et includens in suo formalissimo conceptu Sapientiam actualem, quia res, quæ concipitur cum perfectione, quam non habet, eatenus potest illa vere non cum maiori perfectione concipitur. Et idem de attributis comparatione essentiæ dicendum est.

Quæstio 2. An essentia includat attributa, aut Attributa essentiam, quamvis non mutuo?

Cap. 1. Brevis resolutio difficultatis.

In præcedenti quæstione discussimus, an detur mutua inclusio inter

Essam, et attributa, et vidimus eam ee penitus impli-
catoriam, et repugnantem. Discutiendum in presenti e,
an Essa includat attributa, aut attributa Essam, licet n mutuo.
Et qmvis resolutio huius difficultatis ex iam dictis facile deducatr,
qmdo quidem docuimus, Essam, et attributa ee conceptus sese ad-
invicem excludentes, placuit aliorum vestigiis insistendo, spe-
cialitr de illa in questione presenti tractare. In qua 1o asse-
rendum e, Essam n includere attributa. Hec conclusio e contra
illos, qui pro mutua inclusione q. presedenti gerbatos, et contra oes
illos, qui p collectionem oium attributorum constituunt
divam Essam.

Probatr 1: Essa diva n constituitr p attributa:
g Essa diva n includit attributa. Ans iam a nobis probatum
e, et ideo in presenti supponendum. Coa probatr; inclusum, quá
inclusum, e constitutivum includentis; sed attributa n st consti-
tutiva Esse dive: g attributa n st inclusa in Essa diva. Totus
syllogismus clarissimus e. Nam includens ea ratione, quá e
includens, e totum, et inclusum ea ratione, quá e inclusum,
e pars; sed pars e constivum totius: g inclusum, ea ratione, quá
e inclusum, e constivum totius. Cum g exclusa sint attributa
a constitutivis dive Esse, asserendum e coentr ea n includi
in Essa divina.

Probatr 2: ut Essa diva dicatr includens
attributa, debet assignari aliqd, per quod virtualitr, aut
fralitr distinguatr ab attributis, et quod in suo conceptu
n includat attributa, nam includens ea ratione, quá e in-
cludens, debet aliqua ratione distingui ab incluso, et afferre
aliqd, quod in suo conceptu n includat partem inclusam;
sed illud, quod assignatr virtualitr, aut fralitr distum
ab attributis, et n includens attributa e ipsa Essa diva

Sed Essa divina formaliter non includit attributa. Minor probatur, quia omne, quod datur in Deo formaliter, aut virtualiter distinctum a personalitatibus, et attributis est Essa divina: ergo si illud, quod assignatur, non includit attributa, Essa divina non includet attributa.

Confirmatur, et magis explicatur ratio praecedens. Ubi datur includens duas partes, neutra illarum includit alteram, sed ambae mutuo sese excludunt, prout fuerit inclusio; si inclusio fuerit realis, sese excludent realiter, ut videmus in hoc realiter includenti animam, et corpus; si inclusio fuerit rationis, sese excludent formaliter, et per rationem, ut videmus in eodem homine formaliter et ratione nostra composito ex animali, et rationali: sed Essa iuxta adversarios est includens conceptum spetialissimum Ens, et conceptum attributorum: ergo conceptus ille spetialissimus Ens non includit alium conceptum attributorum.

Asserendum 2. est: attributa divina non includere in suo formalissimo conceptu divinam Essam; haec conclusio constat etiam ex iam dictis, et ex rationibus iam adductis satis roboratur. Probatur tamen 1o: conceptus perfectionis secundariae, ut talis est omnino, et adaequate, condistinguitur a conceptu perfectionis primariae, ut talis; sed attributa sunt perfectiones secundariae, et Essa est perfectio primaria: ergo attributa omnino, et adaequate condistinguuntur ab Essa. Atqui ex omnino et adaequate condistinctis, neutrum includit alterum: ergo attributa non includunt Essam divinam. Maior probatur: repugnat pratum primarium, ut tale esse secundarium; sicut enim repugnat pratum prius sub ratione talis esse posterius, ita repugnat pratum primarium esse secundarium, et eodem modo repugnat pratum secundarium, ut tale, esse primarium, sicut repugnat pratum posterius, sub ratione

talis ee prius: ergo repugnat attributa, quae sunt praedicata secundaria, et posteriora includere essentiam, quae est praedicatum primarium, et prius.

Probatur 2.: attributa divina consequuntur essentiam iam prius, et antecedenter constitutam: ergo attributa non includunt in suo formalissimo conceptu divinam essentiam: antecedens est certum ex iam saepius repetitis; id enim nomine attributi intelligimus, quod consequitur, et supponit essentiam, iam prius, et antecedenter constitutam. Consequentia probatur: id quod consequitur, et supponit essentiam iam prius, et antecedenter constitutam, non potest includere in suo formalissimo conceptu essentiam; sed attributa divina consequuntur, et supponunt essentiam iam prius, et antecedenter constitutam: ergo attributa non includunt in suo formalissimo conceptu divinam essentiam. Confirmatur: passiones creatae non includuntur in essentia a qua oriuntur, et dimanant: ergo attributa divina, quae concipiuntur ad modum passionum, et proprietatum creatarum non includuntur in essentia divina a qua ratione nostra intelliguntur oriri, et dimanare.

Probatur 3.: id praecise includunt attributa in suo formalissimo conceptu quod explicantur in ordine ad suum proprium, et spetiale connotatum, unde si attributa non explicantur in ordine ad connotatum, in ordine ad quod essentia, ut essentia est explicatur, non includunt in suo formalissimo conceptu essentiam; sed attributa, ut attributa sunt, explicantur in ordine ad connotatum proprium, et spetiale in ordine ad quod essentia, ut essentia est, non explicatur: ergo attributa, ut attributa sunt non includunt in suo formalissimo conceptu essentiam divinam. Ex quibus, et aliis rationibus, quae apud authores videri possunt, manet sufficienter comprobatum neque essentiam includere in suo formalissimo

20.
51 conceptu attributa, neque attributa essentiam, quamvis alio quin mutua, et reciproca inclusio sit penitus repugnans, et implicatoria.

Cap. 2. Aliqua obiiciunt, et resolvuntur.

Obiicietur 1.° contra 2.am assertionem, conceptus essentiae quantumcumque praecisus secundum proprium conceptum est ens per essentiam, et nullam habens perfectionem per participationem; sed non esset ens per essentiam nullam habens perfectionem per participationem, si attributa non includerentur in essentia: ergo attributa debent includi in essentia. Maior est certa, et probatur minor, si attributa non includuntur in fratissimo conceptu essentiae, essentia participaret denominationem intelligendi ab intellectione, et denominationem volendi a volitione, et sic de aliis denominationibus ab attributis provenientibus, sed hoc non potest stare cum eo, quod sit ens per essentiam a nullo participans perfectionem: ergo etc.

Respondetur, essentiam divinam esse ens per essentiam, tum quia esse, et existere omnino indefectibiliter includitur in fratissimo conceptu essentiae, tum quia essentialiter petit habere attributa non tanquam constitutiva, aut inclusa in suo fratissimo conceptu, sed tanquam complementum secundarium, tum quia habet identitatem cum omni perfectione diva. Cum quo bene stat, quod accipiat denominationem intelligendi ab intellectione, et denominationem volendi a volitione non inclusis in fratissimo conceptu entis per essentiam, quia ens per essentiam, quale est essentia diva non petit in suo fratissimo conceptu includere omnem, et quamcumque perfectionem, sufficit enim quod petat realem identitatem cum omni perfectione non involvente imperfectionem.

Obiiciunt 2.° plures Ecclesiae Patres, quorum aliqui

asserunt Deum ēē suam sapientiam, Iustitiam, et Bonitatem; alii dicunt, Deum n̄ aliunde ēē sua attributa, et perfectiones, quam ex sua Essa: alii ablute pronuntiant attributa ēē de Essa Dei: sed hęc stare n̄ possunt, nisi dicamus attributa includi in fratissimo ceptu divę Essę: ℈ d̄atrtatis inclutio. Resp. Patres hisce et similibus Locutionibus nihil aliud intendisse, quam realem identitatem inter oēs divas perfectiones, non autem intendisse inclutionem unius in fratissimo ceptu alterius, et ratione huius identatis posse dici Deum ēē suam sapientiam, et sua attributa ēē de Essa reali Dei.

Contra 2am assertionem insurgunt 1. si attributa diva n̄ includerent divam Essam, aliqd reperiretr in Deo, quod n̄ esset fratitr Deus; sed impticat, quod aliqd reperiatr in Deo, quod n̄ sit fratitr Deus: ℈ attributa divina includunt in suo fratissimo conceptu Essam. Maior probatr: quod n̄ includit in suo conceptu fratissimo divam Essam, n̄ e fratitr Deus: ℈ si attributa n̄ clauderent in suo fratissimo conceptu divam Essam, attributa n̄ essent fratitr Deus; et consequentr reperiretr aliqd in Deo, quod n̄ esset fratitr Deus. Confratr: id, quod e n̄ e fratitr Deus, e fratitr creatura, cum ens praeindere n̄ possit ab utroq; sed attributa si, et n̄ si fratitr Deus: ℈ si fratitr Creatura. Hęc autem dici n̄ possunt: ℈ et ttā.

Resp., numqm ēē ablute, et sine aliqua restrictione concedendum attributa n̄ ēē Deum, q suffıcit identitas realis actualis, ut ablute dicantr Deus; adhuc tn posse concedi sm suum fratissimum conceptum, et p intrum nostrum inadęquate concipientem attributa n̄ ēē Deitatem, q hoc significandi modo nihil aliud denotatr, quam posse attributa concipi

[...] conceptum ali quem inadequatum, quo concipi[tur] tantum Deus, quod quidem verissimum est, quandoquidem possunt à Deitate praescindi, et distingui, et certissimum est, quod in eo conceptu, in quo praescinduntur, et distinguuntur à Deitate, non sunt Deitas. Neque hinc infertur illa attributa sic praecisa, et per intellectum nostrum à Deitate distincta esse Creaturam, quia adhuc sunt ens à se excludens quamcumque sui causam productivam.

Insurgunt 2°: attributa divina quantumcumque praecisa sunt ens reale à se, ut modo dicebamus: ergo includunt in suo formalissimo conceptu divinam Essentiam. Consequentia probatur; ens à se est formalissimus conceptus divinae Essentiae, quandoquidem ens à se est increatum, et divinum, et consequenter Deitas: ergo attributa divina, licet secundum suum formalissimum conceptum praecisa, includant ens reale à se, includent in suo formalissimo conceptu divinam Essentiam. Hoc argumentum à pluribus reputatur efficacissimum. Facile tamen ei respondetur distinguendo antecedens: attributa divina quantumcumque praecisa sunt ens reale à se primarium: nego antecedens: sunt ens reale à se secundarium, concedo antecedens.

Itaque duplex genus entis à se reperitur in Deo; aliud primarium, aliud secundarium. Ens à se primarium competit divinae Essentiae, quae est perfectio primaria in Deo inhaerens reliquas omnes divinas perfectiones. Ens à se secundarium competit divinis attributis, quod ideo appellatur secundarium, quia attributa sunt perfectiones secundariae. Et quod hoc gradum reperiatur in attributis facile ostenditur, quia attributa etiam intra propriam lineam sunt ens excludens causam sui productivam, et consequenter sunt ens à se. Attributa ergo includunt in suo conceptu formalissimo hoc ens à se secundarium, non vero illud primarium, ac proinde non convincitur includere in suo formalissimo conceptu divinam Essentiam.

C.^o 3: quomodo essa de attributis, attributa de essa, et unum attributum de alio praedicentur? Ass. 1. 1a conclusio stabilitur. 107

Cum iam sit ostensum attributa divina non pertinere ad methaphisicam esse divinae constitutionem, et in illius formalissimo conceptu non includi, neque essam in formalissimo conceptu attributorum: et similiter ex dictis manifeste constet non omne attributum in formalissimo conceptu alterius esse inclusum; restat pro complemento doctrinae discutiendum, quomodo attributa divina praedicentur de essa, et essa de attributis, et unum attributum de alio, cuius difficultatis cognitio lucem praebebit ad ea omnia, quae iam in superioribus disputata sunt.

Certum est, copulam est significare identitatem inter rectum praedicati, et rectum subiecti, quod quidem verum est, non solum in propositionibus necessariis, sed etiam in propositionibus contingentibus; ut cernitur in hac propositione necessaria, homo est animal, in qua rectum illius praedicati habet identitatem realem cum recto subiecti illius, et in hac propositione contingenti homo est albus, in qua enuntiatur identitas habentis, quod ex parte praedicati importatur cum homine, qui ex parte subiecti affertur. Unde propositio affirmativa vera neque enuntiat, neque requirit identitatem obliqui, quod affertur ex parte praedicati cum recto, quod affertur ex parte subiecti, sed solum enuntiat, et requirit ad sui veritatem identitatem recti cum recto.

Identitas, quae debet intercedere inter subiectum, et praedicatum, potest esse perfecte realis, qualis extrema propositionis nullam inter se patiuntur

distionem realem, licet patiantr distionem fralem, sive ex natura rei; et potest ēē n̄ solum realis, sed etiam formalis, quatis extrema nullam patiunt, distionem realem, neq fralem; et potest ēē identitas fralissima, quatis extrema neq realitr, neq fralitr, sive ex natura rei, neq distione raonis ratiosinata distinguuntr. Hec in senta Scoti admittentis distionem fralem, sive ex natura rei intr grata realitr idata.

In senta nostra n̄ admittenti distionem fralem scoticam ē identitas realis excludens distionem solum realem, et identitas virtualis n̄ solum excludens realem distionem sed etiam virtualem, capacitatem nimirum ad duo grata 2a dictoria, et identitas fralissima excludens oiem, et qmcunq distionem etiam post intris operaonem. Unde in eo sensu, in quo pptio reddenda ē vera, debet dari identitas enuntiata p copulam est. Si nimirum pptio reddenda sit vera in sensu identico reali, et materiali, debet dari, et ē sufficiens identitas realis, et materialis: si pptio reddenda sit vera in sensu virtuali, debet dari n̄ solum identitas realis, sed etiam virtualis: si reddenda sit vera in sensu fralissimo, debet dari identitas illa fralissima, quā unum extremum neq per raonem ratio nem ratiosinatam distinguitr ab alio.

His expositis dico 1o, Essam de attributis, attributa de Essentia, et unum attributum de alio posse in abstracto predicari in sensu reali, identico, materiali, et fralitr, sive ex natura rei. Probatr conclusio, qa tunc duo extrema possunt in abstracto adinvicem predicari in sensu reali, identico, et materiali, et frali sive, ex natura rei, qndo datr identitas realis, et materialis, et fralis sive ex natura rei intr utrunq; sed intr Essam, et attributa, et intr

unum attributum, et aliud datr identitas realis, et materialis excludens oiem oio distinctionem realem, et identitas formalis, sive ex natura rei excludens oiem oio distinctionem formalem, ante opus intellus, sive ex natura rei, quam Scotus adinvenit: ergo possunt ea extrema ad invicem in abstracto predicari in sensu reali identico, et materiali, et formali, sive ex natura rei.

Unde hae propositiones sunt verae. Essentia diva est realitr et formalitr Omnipotentia, Sapientia, et volitio: et Omnipotentia, Sapientia, et volitio sunt realitr, et formalitr Essentia divina. Sapientia est realitr, et formalitr volitio: et vice versa volitio est realitr, et formalitr sapientia. Hanc veritatem ostendit Augustinus de trinitate cap. 10 inquiens: cui non est aliud vivere, et aliud esse, sed idem est esse, et vivere. Cui non est aliud vivere, et aliud intelligere, sed id quod est intelligere, hoc vivere, hoc esse est, unum omnia. Et S. Anselmus in Prosologio cap. 18 dum ait: Vita, Sapientia, et reliqua omnia sunt unum, et unumquodque eorum est totum, quod est, et quod sunt reliqua omnia. Et omnia illa SS. Patrum testimonia, quae videntr denotare Essam divam ex oibus attributis esse methaphicé constituendam, aut illa claudere in suo formalissimo conceptu solum intendunt, hunc sensum realem, materialem, et identicum.

cap. 2: Aliae conclutiones statuuntr.

Dico 2: posse predicari in divinis concreta de abstractis in sensu materiali, et identico. Probatr conclusio eadem ratione ac precedens. Concreta in divinis identificantr realitr, et formalitr ante opus intellus cum abstractis: ergo possunt predicari in sensu reali identico, et formali concreta de abstractis. Coña

patet, quia quoties datur identitas realis, et formalis, potest unum praedicari de alio. Antecedens probatur in pluribus propositionibus, quae verissimae sunt, et ab Ecclesia communiter recipiuntur, et repetuntur. Dicimus enim optime, Deitas est una sancta, et iusta; dicimus etiam Trinitas est summa, et sancta unitas. Et similes alias propositiones cum veritate efformamus, quae non possent veritatem continere, nisi concreta identificarentur in divinis realiter, et formaliter cum abstractis.

Dico 3: bene etiam posse in divinis praedicari in sensu reali, sed formalis identitatis abstracta de concretis propter eandem realem, et formalem identitatem, quam habent abstracta cum concretis, et hoc patet in pluribus propositionibus, quas passim in Sacra Scriptura legimus. Ego sum via, veritas, et vita. Deus lux est; Deus charitas est. In quibus abstracta illa via, veritas, vita, lux charitas de concreto praedicantur. et idem facile erat comprobare in pluribus aliis propositionibus, quas nos possumus efformare. Unde pulchre Divus Dionisius de Coelesti Hierarchia cap. 4 dixit: pulchrum, et pulchritudo in suprema causa distinguenda non sunt. Omitto alia testimonia in divinis eandem veritatem ostendentia.

Dico 4: neque essentiam de attributis, neque attributa de essentia, neque unum attributum de alio posse in abstracto praedicari in sensu formalissimo, et penes nostros conceptus. Probatur conclusio, quia ubi non datur identitas inter subiectum, et praedicatum, non potest dari vera praedicatio; sed inter essentiam, et attributa, et inter unum attributum, et aliud non datur identitas in sensu formalissimo et penes nostros conceptus formales: ergo neque essentia de attributis, neque attributa de essentia, neque unum attributum de alio possunt in abstracto praedicari in sensu formalissimo, et penes nostros conceptus formales, maior est certa, et minor, ex iam dictis sufficienter

constat; asserimus n aliud ee essam, et aliud attributa et essam n includere in suo formalissimo conceptu attributa, neq attributa essam: et asserimus aliud ee unum attributum, et aliud ee aliud attributum, et unum n includi in formalissimo conceptu alterius.

Unde hę pp̃tiones sũ falsę in sensu formalissimo, et contrarium nostrum cum Scoto iure distinguentem, et prescindentem: Essa diva, et formalissime intellectio, volitio, Omnipotia, Eternitas, et attributa alia. Quia essa divina in suo formalissimo conceptu hęc omnia excludit, et vice versa intellectio, volitio, Omnipotia, et reliqua attributa sũ formalissimé essa diva, quia sicut essentia in suo formalissimo conceptu excludit attributa, ita attributa in suo formalissimo conceptu excludunt essam: et silitr hę pp̃tiones sũ falsę, intellectio ẽ formalissimé volitio, et volitio ẽ formalissimé intellectio. quia intellectio in suo formalissimo conceptu excludit volitionem, et volitio in suo formalissimo conceptu excludit intellectionem. Et ea ratione, qua unum excludit aliud n ẽ aliud, et contra n potest de alio predicari.

Et hęc doctra maiorem locum habebit intr ea extrema, intr quę versatr distinctio realis virtualis; unde si intr intellectionem, et volitionem versatr eiusmodi distinctio n solum n poterit in sensu formalissimo intellectio predicari de volitione, et volitio de intellectione; sed etiam in sensu virtuali, nam ea ratione, qua unum n ẽ aliud n potest predicari de alio, ut iam diximus; si g intr intellectionem, et volitionem versatr distio virtualis, intellectio n solum in sensu formalissimo, sed etiam in sensu virtuali n erit volitio, et contr neq in sensu formalissimo, neq in sensu virtuali poterit predicari de volitione.

Cum quo stat, quod quamvis Sapientia, Iusti-
tia, et alia similia separata attributa sint in sensu formalissimo
non enuntientur cum veritate de Essentia, adhuc tamen posse cum ve-
ritate dici, et enuntiari Deitatem, sive divinam Essentiam esse Sa-
pientem, Iustam etc., etiam in sensu formalissimo. Ratio est, quia per
has propositiones solum significamus dari in Deitate, sive in Essentia
divina quendam conceptum formalissimum pertinentem ad ipsius
Essentiae constitutionem, qui reddat esse Sapiens per Sapientiam actua-
lem, et Iustus per actualem iustitiam, sed revera in Deo datur
talis conceptus, quod satis a nobis probatum est, quando docuimus
Deitatem, sive divinam Essentiam per radicem attributorum esse con-
stituendam. Ergo tales propositiones cum veritate possunt effari.

Ubi notanda sunt duo. Primum est, quod quando dicimus Essentia divina
est Sapiens, Sancta, et Iusta, non affirmamus dari formalissimam
identitatem inter Sapientiam, Iustitiam et sanctitatem, et
divinam Essentiam, quia ipsa non datur, sed solum inter rectum
formali, et rectum subiecti. Et hoc non potest obstare veritati illa-
rum propositionum, nam sicut cum veritate dicitur, quod Petrus
sit Iustus, quamvis iustitia neque realiter cum Petro identificetur,
a fortiori verum erit Essentiam divinam esse Iustam, et sanctam, quam-
vis iustitia et sanctitas non identificentur formalissime cum di-
vina Essa. Secundum est, quod ad veritatem illarum propositionum
requiritur, ne ex parte subiecti exprimatur aliquid formale ipsi
repugnans, ac si dicas, Deitas est iusta, et sancta per iustitiam,
et sanctitatem, quae vera, ac reali unione uniatur cum Deitate,
tunc enim procul dubio propositiones essent falsae.

Et quamvis haec ita
sint, adhuc aliqua attributa possunt enuntiari de aliis
in sensu formalissimo. Ratio est, quia aliquando alia attributa

de conceptu formalissimo aliorum, quae cum veritate de aliis possunt denuntiari in sensu formalissimo. Prius probatur in attributo authoritatis divinae, quae in suo formalissimo conceptu infallibilem Dei cognitionem includit: quae infallibilis Dei cognitio, quae est attributum includitur in formalissimo conceptu divinae authoritatis, quae, similiter etiam est attributum. Posterius probatur, nam quod quod includitur in formalissimo conceptu alterius potest de illo in sensu formalissimo cum veritate praedicari: ideo animal in sensu formalissimo praedicatur de homine, quia homo in suo esse formalissimo includit animal. Hoc autem non obstat doctrinae iam statutae, quia in ea loquuti fuimus solum de attributis totaliter sese ad invicem excludentibus.

Disputatio 7. an detur aliqua prioritas et inaequalitas inter divina attributa?

Sectio 1.a circa prioritatem nostrum iudicium exponitur. Ass. 1. aliqua praemittuntur.

Certum est 1o perfectiones divinas nullam habere prioritatem, et posterioritatem realem temporis, quia haec prioritas, et posterioritas realis temporis petit distinctionem realem inter extrema, et quod unum sit prius, et aliud tempore posterius: cum autem nulla detur distinctio realis inter attributa divina, et unum non sit prius, et aliud tempore posterius, quia omnia sunt ab aeterno realiter identificata cum divina substantia realiter simplicissima; sequitur ergo, quod attributa divina non possint habere prioritatem, et posterioritatem realem temporis.

Certum est, neque reperiri posse inter divinas perfectiones ordinem aliquem

prioritatis, causalitatis, et naturae. Ratio est, quia haec prioritas et posterioritas dari non potest, nisi inter illa, quorum unum proprie sit causa respectu alterius, et consequenter, quod possit exercere respectu alterius veram, et propriam causalitatem, sicut affirmant omnes DD; sed certum est, nullam ex absolutis perfectionibus posse exercere veram, ac propriam causalitatem respectu alterius: ergo nulla ex absolutis Dei perfectionibus potest esse prior ordine naturae, et causalitatis respectu alterius. Et hoc adeo verum est, ut neque possimus mente nostra concipere cum fundamento in re unam perfectionem absolutam exercere veram, ac propriam causalitatem respectu alterius.

Certum 3° mihi est, aliam prioritatem, quae a Dialecticis appellatur prioritas in subsistendi consequentia, reperiri inter divinas perfectiones, quin ex hoc aliquod in Deo inconveniens deducatur. Ratio est, quia bene valet a praedicatis differentialibus, et propriis Dei ad praedicata communia Deo, et creaturis; a praedicatis autem communibus non est recta, et legitima argumentatio ad praedicata propria et differentialia; unde bene valet: est intellectivum, comprehensivum omnium divinarum, et creabilium perfectionum: ergo est substantia spiritualis. Non autem bene valet econtra, est substantia spiritualis: ergo est intellectiva comprehensio omnium divinarum, et creabilium perfectionum, quando quidem animus rationalis, et Angelus est substantia spiritualis, quin sit comprehensiva omnium divinarum, et creabilium perfectionum.

Et idem cernitur in pluribus aliis argumentationibus, quae facilius intellectui apparent: bene non valet est intellectivum infinitum: ergo est intellectivum; cum tamen non bene valeat: est intellectivum: ergo infinitum: est ens a se: ergo est ens; cum tamen non bene valeat est ens: ergo est a se; nam cum intellectivum, et ens reperiri possit, quin sit infinitum, et a se, non eo ipso quod sit intellectivum, et ens statim infertur, quod sit infinitum, et a se. Hanc autem universalitatem,

quae

quae in rationibus com̃ibus invenitur, appellant Dialectici prio-
ritatem in subsistendi cõa. et cum in Deo reperiatur, invenitur
in divijs perfectionibus prioritas in subsistendi cõe.

Alius

ergo prioritatis investigatio est praesentis consertationis scopus.
Inquirimus ergo an diva attributa servent intra se aliquem
prioritatis ordinem in existendo, non quidem realem, sed
rationis cum fundto in re, nam sicut stante identitate
reali intr attributa, et omes divas perfectiones absolutas,
et exclusa distione reali, potest compati intr illas
distinctio ~~rea~~ fis rationis, ita dubitari potest, an exclusa
prioritate reali intr attributa, et absolutas Dei perfectiones,
possit componi prioritas rationis cum fundto in re concepta in
attributis, et perfectionibus Dei absolutis. Circa quam rem viden-
di nostri P. Granadus tomo 1 in 1am partem tractu 2o D. 9. Pater
Martinus Peres D. 6. de Deo, ut trino sect. ultima. P. Alarcon tractu
S. de trate D. 2. cap. 16.

Cap. 2. Nostra sententia.

Asserendum iudico dari in Deo fundtum, ut intellectus concipiat
plures divas perfectiones absolutas cum aliquo ordine priorita
tis quoad existam, quam prioritatem cum fundto concipiet
non solum comparando Essam cum attributis, sed etiam comparando
aliqua attributa intr se. Et quoniam de attributis ipsis intr se
collatis spetialiter est disputatio instituta, prius loquemur
de prioritate in existendo, quam Essa habet ad sua attri-
buta, et deinde de prioritate, quam habent in existendo
alia attributa prae aliorum, ut sic facilius intelligatur
ordo prioritatis, quem servant intr se divae perfectiones
absolutae.

Probatur dari in divinis prioritatem rationis in existendo comparando essentiam cum attributis. Non omnes perfectiones absolutae, quae reperiuntur in Deo, pertinent ad methaphisicam essentiae constitutionem; aliquae non habent rationem attributorum, ac quasi passionum respectu aliarum, illarum nimirum quae sunt rationes formales denominandi; sed quae sunt attributa, et quasi passiones, et rationes formales denominandi supponunt necessario quoad existentiam illas, quae sunt de constitutione essentiae: ergo perfectiones illae absolutae, quae pertinent ad essentiam habent prioritatem aliquam rationis in existendo respectu aliarum, quae sunt attributa, et passiones, et aut quasi passiones.

Unde si comparemus essentiam cum attributis datur eiusmodi prioritas in existendo: intellectum non prius existit nostro modo intelligendi, quam intellectio, et volitivum, quam volitio, et sic de aliis perfectionibus, quae se habent, tanquam actus primus respectu aliarum, quae se habent tanquam actus 2us, cum omnis actus primus necessario supponatur praeexistens ad actum 2um, et consequenter habeat aliquam prioritatem in existendo respectu illius. Et cum omnis essentia supponatur necessario praeexistens ad suas passiones et proprietates, similiter de essentia divina respectu suorum attributorum iudicandum.

Confirmatur: sicut ex rebus creatis manu ducimur ad investigandam essentiae divinae formalissimam constitutionem, et ex eo asserimus non omnia praedicata realiter identificata pertinere constitutive ad essentiam, sed aliqua esse essentialia, alia vero habere rationem attributorum et proprietatum: ita ex creatis manu ducemur ad concipiendam eum fundamento in re prioritatem in existendo inter praedicata quae pertinent constitutive ad essentiam, et praedicata quae sic non pertinent. Nam quaecumque praedicata, quae in creatis non pertinent constitutive ad essentiam, supponunt prius aliqua prioritate, saltem rationis

Essam existentem: ergo praedicata illa divina, quae non pertinent constitutivè ad Essam, supponent prius ratione Essam divam existentem, atque adeò dabitur prioritas rationis in existendo inter Essam divam adaequatè constitutam, et attributa divina.

Probatur deinde prioritas in existendo inter perfectiones absolutas comparando unum attributum cum alio. Quoties duo ita se habent, ut unum ita supponatur existens ad aliud sub aliqua ratione, et titulo, et hoc nullo modo ad illud praeexistens supponatur, toties datur prioritas in existendo rationis cum fundamento in re; sed intellectio diva supponitur existens ad volitionem, et haec nullo modo supponitur praeexistens ad intellectionem: ergo inter intellectionem, et volitionem, quae sunt attributa, datur prioritas rationis in existendo cum fundamento in re. Maior est certa, et probatur minor: intellectio ea ratione, quâ proponit divam Essam, videlicet, ut in illam tendat volitivum divinum, et infinitum amorem, concipitur à nobis cum fundamento sufficienti prius existens, quam amor eiusdem Essae.

Nam sub ea ratione, quâ proponit divam Essam, tanquam obiectum dignum infinito amore, est conditio antecedens ad eiusdem Essae amorem, cum benè valeat, Essa divina amatur infinito amore, quia cognoscitur, ut habens infinitam bonitatem, non autem econtrà, cognoscitur ut habens infinitam bonitatem, quia amatur infinito amore, quasi amor infinitus sit conditio antecedenter praerequisita ad intellectionem. Ergo intellectio divina supponitur praeexistens ad volitionem, et volitio nullo modo praesupponitur prius existens ad intellectionem, ac proinde dabitur prioritas rationis in existendo cum

fundo in re intr intellectionem, et volitionem. Cum vero conditio sine qua non ex parte actus Ii prærequiratr, et eventr aliquam prioritatem ad volitionem importet, q. actus Ius importat prioritatem ad actum 2um.

Hoc nobis indicat com[m]unissimum illud proloquium, nihil volitum, quin præcognitum; quod procul dubio nos docet antecedentiam necessariam intellectionis ad volitionem, et si hæc antecedentia est necessaria, ut virtus volitiva exerceatr, aliqua prioritas intr actum intellectionis et volitionis debet exerceri, quandoquidem per hanc antecedentiam nihil aliud, quam prioritas intelligitr. Ex quibus concluditr prioritatem rationis in existendo intr attributa divina non esse ex suo conceptu repugnantem, sed necessario esse concedendam, ad cujus probationem sufficiens est exemplum adductum in intellectione, et volitione. An autem intr alias perfectiones exerceatr, et quænam illis sint, longum esset recensere, pro quo consulendi sunt authores supra citati.

Cap. 3. Obiiciuntur aliqua.

Iº obiicies: nullum gradum ponendum est in Deo, quod re ipsa non reperiatr in Deo; sed hæc prioritas divinarum perfectionum, in existendo non reperitr in ipso Deo: ergo non est ponenda in Deo. Maior est certissima, alias cum fictione loqueremur de Deo. Minor probatr: omnes divinæ perfectiones sunt simul ab æterno in ipso Deo existentes, nec ergo in ipso Deo datr prioritas intr suas divinas perfectiones. Resp. distinguo maiorem: nullum gradum intrinsecum ponendum est intrinsece in ipso Deo, quod non reperiatr in Deo formaliter, concedo maiorem: nullum gradum extrinsecum ponendum est in Deo, quod licet in eo non reperiatr formaliter, reperiatr tamen fundamentaliter, nego.

maiorem.

Explico distionem: denoationes extrinsecę cogniti provenientes à nostris cognitionibus n̄ s̄t ponendę fr̄aliter in Deo ante nostri intris operaonem; debet tn̄ in Deo poni funtum aliquod ad has denoationes extrincas; cum ḡo prioritas raonis in existendo, sit quędam denoatio proveniens tanqm à fr̄a à nostris cognitionibus, n̄ ē ponenda fr̄aliter in Deo ante nostram cognitionem, nam cum prioritas raonis involvat distionem raonis, et distinctio raonis sit à nostra cognitione, tanqm à forma, prioritas raonis n̄ ē fr̄aliter in Deo, hoc ē, quoad fr̄am huius denoationis, quę ē cognitio nostri intris. Ē tn̄ in Deo funtum, s̄e quod cadat nostra cognitio, tanqm forma huius denoationis.

Obiicies 2: maior perfectio abluté concederetr Deo, si oēs eius perfectiones, n̄ solum realitr, sed etiam p̄ nostrum intrūm simul existerent; aut si una sub aliqua raone, et titulo concipi posset, ut prior alia, hęc vicissim sub alia raone, et titulo concipiatr, ut illa prior, atq̄ adeo detr mutua prioritas in perfectionibus divis: ḡo oēs divę perfectiones, aut debent poni in Deo simul etiam p̄ nostrūm intrūm existentes, aut debet poni in Deo mutua prioritas in oībus suis divis perfectionibus. Rtr, neg ant. Non n̄ maior perfectio proveniret Deo ex simultanea existentia p̄ nostrum intrūm divarum perfectionum, aut ex mutua earundem prioritate.

Ratio ē, q̄ perfectiones, quę modo dantr in Deo, prębent funtum ad eiusmodi prioritatem concipiendam, et sicut modo Deus ē

cum maiori perfectione possibili, et excogitabili cum iis perfectionibus, quae de facto dantur, ita est cum maiori perfectione possibili, et excogitabili cum hac prioritate divarum perfectionum, et non cum simultanea earundem existentia. Neque ex mutua illa prioritate maior in Deo perfectio colligitur. Atque ideo mutua prioritas censetur contradictionem involvens. Imo licet mutua prioritas non esset impossibilis in Deo, ea concedenda non esset in omnibus perfectionibus, quia argumentum, quod capite praecedenti formavimus convincit inter intellectionem, et volitionem non esse mutuam prioritatem concedendam.

Arguitur 3: in qualibet perfectione divina datur exigentia cuiuslibet alterius: ergo in qualibet perfectione datur prioritas respectu cuiuslibet alterius, et consequenter dabitur mutua prioritas. Antecedens probatur, quaelibet enim perfectio divina petit identatem cum quavis alia, et consequenter datur in qualibet exigentia cuiuslibet alterius. Hanc autem exigentiam esse prioritatem ostenditur, quia id, quod infert aliud ea ratione, qua infert, est prius illo: sed cum quaelibet perfectio inferat aliam ea ratione, qua infert, erit prior alia. Unde falsum est, intellectionem ita esse priorem volitione, ut sub nulla ratione volitio sit prior intellectione; quia cum volitio divina exigat intellectionem, infert illam, et ea ratione, qua infert, est illa prior.

Praeterea,

admittendo, quamlibet perfectionem divinam habere conexionem et exigentiam, et petere identatem cum quavis alia, diverso tamen modo, nam illae perfectiones, quae priores dicuntur in existendo, habent conexionem, et exigentiam, et petunt identatem cum aliis a posteriori; econtra vero illae perfectiones, quae sunt posteriores, habent conexionem, et exigentiam, et petunt identatem

cum prioribus aliis à priori. Et hoc in creatis videre est. 214
ignis n. et calor ut octo habent cognissimam conexionem, et dependentiam, quia ignis non potest existere sine tali calore, et talis calor non potest existere sine igne.

Ex hoc tamen non infertur, calorem, et ignem esse simul natura existentes, nam calor dependens à subiecto ignis, tanquam ab eo, quod prius supponitur existens, ut calor existat: ignis vero dependet à calore, non tanquam ab eo, quod prius est supponendum existens, sed tanquam ab eo, quod necessario inferendum est ex indigentia, et natura ipsius ignis, et consequenter ignis à calore dependet à posteriori. Ratione ergo huius conexionis, et exigentiae, quae datur in divinis perfectionibus solum arguitur perfectiones, quae sunt priores, dependere ab aliis à posteriori, hoc est tanquam ab aliquo, cum quo identificandae sunt in subsequenti signo rationis.

Hinc ad argumentum concesso antecedente, negatur consequentia. Ad probationem dicimus exigentiam illam identitatis non arguere simultaneam, aut mutuam prioritatem in existendo, nam quamvis quaelibet perfectio divina ratione huius exigentiae inferat aliam, infert tamen aliam à posteriori, tanquam id cum quo identificanda est in subsequenti signo rationis, unde non omne, quod infert aliud, ea ratione, qua infert, statim est prius illo in existendo, cum calor, ut octo inferat ignem, quin tamen sit prior igne, à quo fuit productus. Volitio ergo divina exigit quidem intellectionem, et cum ea conectitur, tanquam cum conditione praeexistente, econtra vero intellectio exigit volitionem, et cum ea conectitur, tanquam cum perfectione posteriori, cum qua in subsequenti signo rationis est necessario identificanda.

Q. 2. An attributa diva sint inæqualia?

Cap. I. Aliquæ notationes, et placita Doctorum Referuntur.

Notandum est non esse sermonem de æqualitate, aut inæqualitate reali, nam æqualitas, aut inæqualitas realis petunt realem distinctionem, sicut et similitudo, et dissimilitudo realis: cum autem inter attributa, et essentiam, et attributa ipsa inter se collata, nulla detur distinctio realis, aut formalis ante opus intellectus, non potest inquiri inter attributa, et essentiam, et attributa ipsa inter se collata æqualitas, aut inæqualitas realis aut formalis ante opus intellectus. Unde observavit Recentior quidam, attributa nec debere dici realiter æqualia, nec realiter inæqualia, quia si cum proprietate tenendus sit hic loquendi modus, denotat realem distinctionem, aut formalem ante opus intellectus; atque adeo si proprie loquendum sit dici debere attributa divina non esse realiter inæqualia, quia hic loquendi modus non denotat distinctionem realem, aut formalem ante opus intellectus.

2º notandum est, esse sermonem in præsenti de æqualitate perfectionis, ita ut inquirendum sit, an unum attributum, supposita distinctione rationis unius, et alterius, habeat æqualitatem, aut inæqualitatem methaphisicam perfectionis comparatione alterius. Et hæc difficultas non solum habet locum comparando unum attributum cum alio, sed etiam comparando prædicata illa, quæ per modum actus primi methaphisice constituunt essentiam divam, cum perfectionibus illis, à quibus per modum actus 2i denominatur, et contra potest inquiri, et re ipsa inquirendum est, an non solum intellectio, maiorem excel-

excellentiam perfectionis habeat, quam volitio, sed etiam, an intellectivum sit magis perfectum, quam intellectio, et volitivum, quam volitio.

Quod notandum est, quodlibet attributum (idem de quavis alia perfectione divina) esse infinite perfectum in sua linea, quia quodlibet est ens a se connexum per identitatem cum quovis alio attributo divino, et consequenter quodlibet est divinum, et in sua linea infinite perfectum. Est quod difficultas, an unum possit excedi ab alio in excellentia perfectionis, cum ex una parte videatur non posse negari hanc excellentiam perfectionis, et ex alia videatur id esse contra rationem infiniti in perfectione, quia hoc in ratione talis constituitur per hoc, quod non sustineat aliud magis perfectum quam se. Et ideo Deus evadit in perfectione simpliciter infinitus, quia non est, nec esse potest etiam per nostrum intellectum aliud ens magis perfectum, quam Deus.

4

Notandum est hic etiam esse sermonem de attributis negativis, si considerentur secundum rectum, et materiale, quod important, non autem, si considerentur secundum formale, quod dicunt. Attributa quod negativa important aliquid pro materiali, et aliquid pro formali: pro materiali afferunt entitatem illam materialem et positivam, quae denotatur, et pro formali negationem cadentem super entitatem illam materialem, et positivam. Si enim comparamus perfectiones Dei positivas cum negationibus; certissimum ut est, quamlibet Dei perfectionem positivam esse meliorem et excellentiorem quacumque negatione: sed comparamus perfectiones positivas cum perfectionibus positivis, et indagamus, an detur inter illas inaequalitas perfectionis.

In hac quod difficultate affirmat 1a sententia nullam

ōo dari inæqualitatem inter Essam, et attributa, et inter unum attributum, et aliud. Ita P. Granadus 1a parte, tractu 2 Dⁿ 9. Affert pro sua senta hic author Subtilem Scotum in 1um, distione 8, q 4. Mayronem, et Ocamum. Pr Fasolus tomo 1 in 1am partem q 4, arculo 2, dubio 13, nuro 100. Cardinalis de Lugo de mysterio Incarnationis Dⁿ 2a sect 5. qmvis numero 94 videatr eandem doctrinam temperare. Pr. Propositus 1a parte q 4, arculo 3, dubio 2. nuro 14. Eandem opinionem sequitr theologus esmising tomo 1 de Deo uno tractu 2 Dⁿ 1a de modis, et attributis divinis q 2, nuro 65.

2a senta docet inter Essam, et attributa, et inter attributa ipsa inter se collata dari inæqualitatem perfectionis sm conceptus virtuales, aut fratissime distos. Ita Pr Bernal Dⁿ 3 de Incarnatione sect. 1a, 2 nuro 13. Pr Alarcon 1a parte tractus de trate Dⁿ 2a. cap. 17. nuro 4. Pr Gericá tractu 2o de voluntate Dⁿ 15 cap. 2. nuro 12. Et cap. 3 nuro 16. Salmanticenses tractu 4 de voluntate Dei q 4. dubio 1. numero 10, et plures alii Dd, tum ex Scriptoribus, tam ex Rbus, qui sua scripta prælo n mandarunt. Nos autem, ut quæstionis præcedentis methodum, in qua prioritate in existendo discussimus in præsenti servemus, prius comparabimus Essam cum attributis, et deinde attributa inter se, ut prioritatem dignitatis, et perfectionis, quæ in divinis perfectionibus reperitur clarius expendamus.

Cap. 1. Verior senta eligitur.

1a conclusio e: si comparemus divam Essam cum attributis maior excellentia perfectionis concedenda e Essæ divæ, qm attributis. Probatr conclusio 1o: Essa diva fratissime sumpta

illa pr[ædica]ta primaria, quæ continent eminentissimo modo pr[ædica]ta secundaria, et attributaria sed pr[ædica]ta primaria, quæ continent eminentissimo modo pr[ædica]ta secundaria, et attributalia sunt perfectiora prædicatis secundariis, et attributalibus: ergo essentia divina est perfectior prædicatis secundariis, et attributalibus. Discursus ex doctrina iam in superioribus tradita est manifestus. Continens enim modo eminentissimo aliquam aliam perfectionem perfectius est perfectione contenta.

Probatur 2: ex genere suo perfectior est linea essentiæ, quam linea passionum, et proprietatum, quod quidem experimur in qualibet substantia creata respectu suarum passionum, et proprietatum; videmus enim substantiam aquæ, et ignis nobiliorem esse calore, luce, siccitate, et frigiditate, quæ sunt passiones, et proprietates a substantiis aquæ et ignis dimanantis: ergo linea essentiæ in divinis erit perfectior attributis, quæ sunt passiones, et proprietates ab essentia divina dimanantes; nam id, quod ex genere suo perfectius est, etiam in divinis perfectius est, nisi assignetur aliquod proprium prædicatum, quo ratione cuius excedat: atqui nullum assignatur in attributis comparatione essentiæ: ergo etc.

Unde perfectius est intellectivum, quam intellectio, volitivum, quam volitio, et sic quodlibet aliud prædicatum, quod a perfectione speciali secundaria, sibi correspondenti denominatur, quam intellectivum, volitivum, et quodlibet aliud prædicatum, quod a perfectione secundaria speciali sibi correspondenti denominatur, est prædicatum primarium continens eminentissimo modo perfectionem illam specialem secundariam sibi correspondentem, et est prædicatum constituens formalissime divinam essentiam, quæ ex collectione illorum prædicatorum adæquate resultat; neque invenitur

aliquod gratum diffrale proprium intellectionis, volitionis et aliorum similium attributorum adaequans suae divae perfectionem.

2a conclusio est, si comparemus unum attributum cum alio, potest inveniri maior excellentia perfectionis in uno, quam in alio, et contra possunt esse inaequalia in perfectione. Probatur conclusio 1. intellectio ex suo conceptu formali excedit volitionem: ergo si intellectio diva, et volitio diva taliter se habeant, ut in omnibus aliis sint aequales, volitio diva superabitur ab intellectione divina; atqui intellectio divina, et volitio divina sunt in omnibus aliis aequales, nam non tenentur formales denotandi radicem aliquam, quam praesupponunt, et tendunt in idem prorsus obiectum intrinsecum, et conectuntur per identitatem, quam petunt, cum omnibus aliis perfectionibus divis: ergo intellectio divina excedit volitionem secundum conceptum formalissimum, aut virtualem.

Ans est expressa doctrina Aristotelis pluribus in locis, et praecipue in 10 Ethicorum cap. 7. et in 1o de anima cap. 2 et 8. Et 1o Politicorum cap. 3, et Sancti Thomae pluribus etiam in locis, et praecipue 1a 2ae q. 82 1e partis art. 3. Probatur tamen hoc fundamento: intellectio ex proprio conceptu supponitur ad volitionem, ut dirigat, et illuminet virtutem volitivam in ordine ad actum volendi; volitio autem non supponitur ad intellectionem: ergo intellectio ex proprio conceptu est volitione perfectior. Consequentia est legitima nam illa directio, atque gubernatio procul dubio important maiorem excellentiam perfectionis, quam illius, quod dirigitur, et gubernatur. Et idem argumentum fieri potest in volitione, et Omnipotentia, volitio enim ex genere suo maiorem dicit perfectionem, quam Omnipotentia, et contra inveniemus maiorem excellentiam perfectionis in uno attributo,

q͞m in alio, si unum cum alio comparemus.

Probatr 2: intr attributa diva inveniuntr plura, quę sũ vitalia, ut intellectio, et volitio, et alia, quę n̄ sũ vitalia, ut Omnipotia (si forte hęc ab intrũ, et voluntate adęquate distinguitr) Immensitas Æternitas, et alia huiusmodi; sed prāta vitalia perfectiora sunt prātis n̄ vitalibus; ergo in Deo alia attributa sũ aliis perfectiora. Maior ē certissima; alia n. attributa divina in formalissimo suo conceptu explicant vitalitatem; quis n. dicat intellectionem, et volitionem n̄ explicare excellentissimam raonem vitalitatis? alia autem attributa nullam in suo formalissimo ceptu vitalitatem involvunt; quis n. dicat, Immensitatem, et Æternitatem importare vitalitatem? Minor etiam ē certissima, cum nihil frequentius apud oēs sit quam quod melius, et perfectius sit ēē vivens, q͞m n̄ vivens.

Probatr 3: illa, quę pertinent ad lineas inęqualis perfectionis sũ inęqualia in perfectione, nisi diffrā pertinentis ad lineam imperfectiorem ęquet diffram pertinentis ad lineam perfectiorem, ut sic compensetr excessus lineę; sed attributa, et Ēsa, et attributa ipsa inter se comparata pertinent ad lineas inęqualis perfectionis, et diffrā pertinentis ad lineam imperfectiorem n̄ ęquat diffram pertinentis ad lineam perfectiorem, ut sic compensetr excessus lineę: ergo attributa, et Ēsa, et unum attributum cum alio comparatum sũ inęqualis perfectionis. Minor probatr, et quidem quod lineę Ēsę, et attributorum sint inęqualis perfectionis, iam ē ex dictis manifestum; et quod diffrā pertinentis ad lineam imperfectiorem n̄ ęquet diffram pertinentis ad lineam perfectiorem patet, q͞ ē unde eiusmodi ęqualitas

probatr; quare sicut Ens ex se perfectiore attributis, ita differentia illa peculiaris Ens perfectiore illa peculiari differentia attributorum, et differentia peculiaris unius attributi perfectior est differentia peculiari alterius.

Cap. 3. Aliqua obstacula removentur

Dices I: ex hac doctrina sequitur, quamlibet divinam perfectionem non esse infinite perfectam: quod non est sustinenda. Ans probatr: eo ipso, quod aliquid sit infinitum in perfectione, non est neque esse potest aliud magis perfectum, sed quaelibet perfectio divina est infinita in perfectione: ergo ultra illam non est, neque esse potest alia magis perfecta. Maior constat, quia quamvis dari posit aliquid maius infinito quoad extentionem, et numerum, repugnat tamen quod detur aliud perfectius infinito quoad perfectionem, et ratio est, quia infinitum quoad extentionem, et numerum ex infinitis extentionibus partialibus, et numeris praecisse coalescit: infinitum vero quoad perfectionem constituitur ex eo, quod non sit, neque esse posit aliud magis perfectum quam se; repugnat ergo perfectiones divinas esse infinitas in perfectione, et quod una sit alia perfectior.

Resp.
nego ans: ad probationem distinguo maior: eo ipso, quod aliquid sit infinitum in perfectione, non est neque esse potest aliud magis perfectum in ea ratione spetiali, in qua ipsum infinitum est, Concedo maiorem: non est, neque esse potest aliud magis perfectum in alia ratione spetiali, in qua ipsum non est infinitum: nego maiorem. Omnipotentia v.g. ut sit attributum divinum in perfectione simpliciter infinitum solum petit, quod non sit, neque esse posit alia Omnipotentia perfectior, non vero petit, quod non sit neque esse posit aliud attributum alterius lineae magis perfectum. Cum ergo omnes perfectiones divinae sint talis perfectionis,

ut n̄ possint habere aliam eiusdem lineæ perfectiorem, oẽs sunt simpliciter infinitæ in sua linea, licet una possit ẽẽ perfectior alia.

Et ut magis q̃s nostræ solutionis inspiciatr, ceterasque argutum in infinito, quod sit tale s.m omnem oĩo lineam perfectionis, et in infinito, quod sit precise tale solum s.m aliquam lineam perfectionis, et sic argumentor: Eo ipso, quod aliquid sit infinitum simpliciter in perfectione, n̄ ẽ, neq̃ ẽẽ potest aliud magis perfectum, sed infinitum simpliciter in perfectione in una solum linea ẽ simpliciter ~~ulter~~ ultra infinitum in perfectione saltem in illa linea: ꝗ infinitum simpliciter in perfectione in una solum linea n̄ ẽ, neq̃ ẽẽ potest aliud infinitum magis perfectum. At qui hoc ẽ falsum, q̃ infinitum in omni linea perfectionis ẽ magis perfectum, q̃m infinitum solum in una linea perfectionis. Cui argũto oẽs debemus respondere ẽẽ contra raonem infiniti, quod excedatr ab alio eiusdem lineæ, n̄ v.º ẽẽ contra raonem infiniti, quod excedatr ab alio amplectenti alias lineas perfectionis.

Dices 2: res, quæ pertinent ad lineas diversas n̄ possunt intr se comparationem subire; sed Ess.a, et attributa, et unum attributum q̃ũ alterius pertinent ad lineas diversas: ꝗ n̄ potest Ess.a cum attributis, et unum attributum cum alio comparari. Resp.r 1.º hoc argutum n̄ convincere, quod intendit. Nam plura prata reperiuntr in Deo, quæ pertinent ad eandem lineam, plures nimirum conceptus intellectionis, et plures conceptus volitionis: unde q̃mvis prata, quæ pertinent ad lineas diversas, n̄ possint intr se comparari: prata tñ, quæ pertinent ad eandem lineam, poterunt in comparationem venire.

Resp. 2, neg. maiorem: cuius falsitatem ostendit divinarum personarum aequalitas. Personae divinae, quamvis sint in diversis lineis, et pertineant ad diversos ordines, possunt inter se quoad aequalitatem comparari; atque adeo licet essentia, et attributa, et unum attributum respectu alterius, sint in diversis lineis, et pertineant ad diversos ordines inter se poterunt quoad aequalitatem, aut inaequalitatem perfectionis conferri. Resp. 3, neg. absolute eandem maiorem, quia res pertinentes ad lineas diversas continentur sub eodem genere, quamvis remotissimo perfectionis, et contra, quamvis sub ea ratione, sub qua diversae sunt, non possint in comparationem venire, possunt tamen venire sub eo genere, et ratione, sub qua conveniunt, et non sunt diversae, atque adeo possumus earum aequalitatem, aut inaequalitatem perfectionis investigare.

Dices 3: essentia est in attributis per identitatem realem, et attributa in essentia, et unum attributum in alio per eandem identitatem: ergo non potest concedi inaequalitas perfectionis. Resp. dist. cons.: ergo non potest concedi inaequalitas realis perfectionis: concedo cons.; non potest concedi inaequalitas perfectionis secundum conceptus virtuales, aut formalissimos, neg. cons. Et quidem argumentum non est ad rem; nos enim in praesenti loquimur de essentia, et attributis, et de uno, et alio attributo secundum conceptus virtuales, aut formalissimos; non vero loquimur secundum realitatem, et entitatem, quam a parte rei habent. Fatemur omnia esse omnino aequalia secundum realitatem, et entitatem, quam a parte rei habent, non tamen secundum conceptus virtuales, aut formalissimos.

Dices 4: sequitur ex hac doctrina, Verbum divinum ex vi suae processionis formalissima esse perfectius Spiritu S. Nam illa persona ex vi suae processionis est perfectior alia,

quae

quæ ex vi suæ processionis accipit nobiliorem perfectionem, quam alia; sed Verbum divinum ex vi formalissima suæ processionis accipit nobiliorem perfectionem, quam Spiritus S., quandoquidem Verbum accipit intellectionem, et Spiritus S. volitionem, et intellectio, et volitio sunt inæqualis perfectionis, ut a nobis statutum est: ergo persona Verbi ex vi suæ processionis evadit perfectior, quam persona Spiritus S.

Respondetur, quod dummodo concedatur personas divinas entitative, et realiter, et prout sunt a parte rei nullam habere inæqualitatem, quod quidem nos libentissime fatemur, nullum est inconveniens in asserendo eas esse inæquales, si precisse consideretur aliquis conceptus formalissimus, ille scilicet, quem formalissime accipiunt ex vi formalissima suæ processionis. Ad metiendam enim divinarum personarum æqualitatem, aut inæqualitatem absolute illis competentem non est attendendus precisse unus aut alius conceptus formalissimus, sed attendenda sunt omnia formalia, quæ absolute illis conveniunt; et cum ratione omnium formalium sint æquales, omnes personas divinas esse æquales fatendum est. Et quidem argumentum nihil aliud intendit, quam, quod nos concedimus, intellectionem scilicet, et volitionem secundum conceptus formalissimos esse inæquales.

Cap. 4. Alia obstacula auferuntur.

Dices 5: relationes divinæ Paternitatis, filiationis, et spirationis passivæ sunt æqualis perfectionis: ergo et essentia cum attributis, et unum attributum cum alio comparatum sunt æqualis etiam perfectionis. Consequentia patere videtur a paritate. Nam non est maior ratio, quare una relatio comparata cum alia sit æqualis perfectionis cum alia, et unum formale divinum comparatum cum alio non sit etiam perfectionis

æqualis cum illo. Ans probatur, quia nisi illæ divinæ relationes
non habeant perfectionis æqualitatem, non poterit salvari divi-
narum personarum æqualitas: at qui defendenda, et salvan-
da est divinarum personarum æqualitas iuxta fidem catholicam,
et iuxta illud divi Athanasii, totæ tres personæ coæternæ sibi sunt,
et coæquales: ergo asserendum est, divinas relationes habere per-
fectionis æqualitatem.

Respondetur, concesso anti, negando conam. Nam rela-
tiones intrse comparatæ habent quandam æquivalentiam, ratione
cuius sibi invicem æquivalent in perfectione, et ratione cuius
tam perfecta evadit una relatio, ac alia, quamvis intrse dis-
similes, et diversæ sint: unde potentia generativa Patris com-
pensatur per potentiam passivam filii, ut generetur, et potentia
spirativa Patris, et filii compensatur per spirationem passivam
Spiritus S. Ratio huius æquivalentiæ, et compensationis, quæ
in relationibus relucet, est ut salvetur æqualitas realis in per-
fectione divinarum relationum: cum autem ad salvandam
æqualitatem realem perfectionis omnium perfectionum ab-
solutarum non sit necessaria eiusmodi æquivalentia realis,
cum sufficientissima sit realis identitas, quam habent, non
est ponenda eiusmodi æquivalentia secundum virtuales, aut formalis-
simos conceptus in perfectionibus absolutis, secus autem in re-
lationibus.

Dices 6: ideo iuxta nostram doctrinam Essa secundum metha-
phisicum, et formalissimum suum esse est perfectior attributis,
quia attributa continentur eminenter in Essa; sed filiatio conti-
netur eminenter in Paternitate: ergo aut Essa non est perfectior
attributis, aut Paternitas est perfectior filiatione. Maior est
nostra doctrina, et probatur minor; et quidem, quod filiatio
contineatur realiter in Paternitate, est certum, cum Paternitas

sit primum realiter productivum filiationis; et quod hęc continentia sit eminentialis facile probatur, quia perfectius est ex genere suo esse productivum, quam non productivum: at qui non obstante hac continentia Paternitas est ęque perfecta, ac filiatio: Ergo non obstante continentia eminentiali attributorum in Essentia, Essentia habebit ęqualem perfectionem cum attributis.

Respondetur, tollendo omnem ęquivocationem, quę ex adverbio illo eminenter potest in pręsenti generari. Si per continentiam eminentialem intelligatur talis continentia, ut nullo modo terminus contentus, quantumvis dissimilis, et diversus, ęquet perfectionem radicis continentis, fatemur hoc modo attributa contineri in Essentia, et ideo Essentiam esse attributis perfectiorem secundum formalissimos conceptus. Si per continentiam eminentialem intelligatur continentia alicuius termini, qui licet omnino dissimilis, et diversus ęquet perfectionem continentis, fatemur ita contineri filiationem in Paternitate tanquam in suo principio, et ideo filiationem esse tam perfectam, ac est Paternitas. Unde est, quod productivum in divinis sit tam perfectum, ac non productivum, quia productivum divinum est ad terminum ęqualis perfectionis.

Dices 7: duplex modus ęquivalentię in perfectione inveniri potest, alius per formalitates explicata ęque perfecta, realiter tamen distincta, qualis invenitur inter divinas relationes, ut iam dictum est, alius per identitatem realem, qualis invenitur inter praedicata Dei absoluta. Et quidem si invenitur ęquivalentia perfectionis inter praedicata realiter dicta divina, gratis omnino dicitur non inveniri ęquivalentiam perfectionis inter praedicata divina realiter identificata, cum potius iubeat ad eiusmodi

equivalentiam realis identitas, quam realis distinctio, quia identitas est maior coniunctio ad perfectionem alterius, quam distinctio realis, ut ex terminis ipsis est manifestum: Ergo omnia formata absoluta sunt equalis perfectionis, etiam secundum formalissimos conceptus, quia etiam secundum hos unus petit identatem realem cum alio.

Dicetur, hunc discursum nihil aliud probare, nisi equivalentiam realem perfectionis, quam nos admittimus, quia sicut ratione realis identitatis omnia formata absoluta sunt unum, et idem, ita perfectio unius est perfectio alterius, quidquid sit, an eiusmodi realis identitas sit appellanda equivalentia perfectionis, an non? hoc mihi certum est, quodlibet formatum divinum esse realiter equalis perfectionis cum alio formato divino, et ratione identitatis realis et ratione mirabilis compensationis, et equivalentiæ: unde cum relationes non possint esse equalis perfectionis ratione identatis realis sunt equalis perfectionis ratione huius compensationis, et equivalentiæ. Hoc autem non probat equalitatem perfectionis inter formalissimos conceptus; nec ex eo quod formalissimus unus conceptus petat identatem realem cum alio, convincitur, quod ille, secundum quod talis est sit equalis perfectionis cum alio, sed ille secundum quod realiter est identificatus cum alio

Disputatio 8. De attributis immensitatis, et æternitatis. Cº 1ª de attributo immensitatis. Cap. 1. Deum esse immensum statuitur.

Iam ad attributa aliqua in particulari contemplanda descendamus; et inprimis de immensitate loquendum nobis est. Hæc vox <u>Immensum</u> solet aliquando usurpari pro formato

quodam transcendente oẽs perfectiones divinas, et sic significat idem, quod infinitum. Cumq̃ oẽs perfectiones divinæ sint infinitæ, etiam intra propriam lineam spectatæ, oẽs dicentr immensæ, hoc ẽ illimitatæ nullam in sua perfectione habentes Limitationem. In pñsenti sumitr in alio sensu, quatẽs nimirum significat aliquod prædicatum divinum à reliquis condistinctum, vi cuius Deus coëxistit realitr oĩbus Locis exĩstentibus, etiam si hæc infinita forent; ẽ n̄ hæc Immensitas præsentia quædam Localis infinita nullis Locorum terminis carcerata, sed omni prorsus spatio correspondens, ~~[illegible]~~ Et de hac in præsenti Q. instituimus.

Deum ẽẽ Immensum sub his expressis, et frequentibus verbis catholica fides docet. Ita in psalmo 138. Si ascendero in Cœlum, tu illic es, si descendero in infernum ades. Et Baruc 3: Immensus ẽ, et n̄ habet finem. Et sic in aliis Scripturæ Locis, et definitr eadem veritas in Concilio Lateranensi sub his verbis: firmitr credimus, quod unus solus ẽ verus Deus, æternus, Immensus &a. Et in Symbolo Athanasii, Immensus Pater, Immensus filius, Immensus Spiritus S. Eandem veritatem frequentissimè demonstrant SS Patres, dum asserunt, Deum totum ẽẽ ubiq̃, et ita ẽẽ in universis rebus, ut ab eis nec circumscribatr, nec contineatr.

Cumq̃ Immensitas distinctum aliud significet, q̃m infinitas, Licet verum sit quod ex infinitate rectè colligatr Immensitas n̄ importat eandem negaonem Immensitas, atq̃ infinitas. Nam Infinitas affert negaonem tmi in perfectione; Immensitas vo affert negaonem tmi in præsentialitate: p infinitatem declaratr excellentia oĩs perfectionis, et per Immensitatem talis

excellentia peculiaris ratione cuius Deus quantum est ex se, et eodem modo permanens positus esse intime praesens rebus omnibus non solum existentibus, sed etiam possibilibus, etiam si in infinitum in multitudine, et magnitudine augeantur iuxta illud psalmi 144. Et magnitudinis eius non est finis.

Hanc infinitatem Deo competere demonstratur 1. Deus debet habere per suam substantiam omnem perfectionem simpliciter simplicem, quia in omni linea perfectionis absolute, et simpliciter infinite perfectus est; sed praesentia in quolibet spatio est perfectio simpliciter simplex: ergo Deus per suam substantiam debet habere praesentiam in quolibet spatio. Minor ex recta apprehentione terminorum satis innotescit; et ideo in rebus spiritualibus maiorem perfectionem agnoscimus, quam in rebus corporeis, et quantitativis, quae ex eo quod sit aliqua perfectio latiunbi esse, res spiritualis existit in loco sine commensuratione quantitativa, hoc est, existit in loco exhibendo totam suam substantiam toti spatio, et totam cuilibet parti spatii, et quo substantia spiritualis est perfectior, eo maiorem habet sphaeram in hac praesentialitate.

Unde praesentialitas in loco perfectio est, et maior perfectio, si huiusmodi praesentialitas sit sine commensuratione quantitativa partium ad partes loci; et maior perfectio, si haec praesentialitas sine commensuratione partium habeat maiorem, et longiorem sphaeram in existendo, ut habet nobilior Angelus comparatione inferioris; et contra existere in omnibus, et quibuscumque locis, et quantum est ex se esse paratus ad existendum in infinitis locis creabilibus, erit perfectio simpliciter simplex Deo per suam substantiam naturaliter competens. Atque adeo ex infinita perfectione

Dei recte colligitr eius præsentia in omni, et quocunq loco absque commensuratione partium ad partes loci, nam Deus est substantia spiritualis, et oio indivisibilis expers oio cuiuscunq partium compositionis.

Probatr 2: si poneretr Deus afixus unico tantum loco, vel esset, qa Deus n potest occupare alium locum, vl qa nollet occupare illum locum. Si dicatr 1um, poneretr in Deo defectus potis, sive capacitatis ad occupandum alium locum dictum, sed hic defectus potis, et capacitatis arguit maxam imperfectionem in Deo: g ita. Si dicatr 2um, contra e, qa Deus n potest n occupare oiem locum, qndo ratione alicuius prati intrinseci, e determinatus ad occupandum oiem locum, si existat talis locus; sed ratione prati immensitatis e determinatus, et quasi dispositus ad occupandum oiem locum, si existat: g ex suppone, quod detr talis locus, n potest n Deus occupare talem locum.

Confirmatr: ideo Deus per sciam visionis n potest n cognoscere obtum, ex suppositione, quod existat, qa datur in Deo talis dispositio intrinseca, quæ petat cognoscere obtum p sciam visionis, ex suppositione, quod existat; sed etiam datr in Deo talis dispositio intrinseca pratum nimirum immensitatis, ratione cuius petat existere in loco reali ex suppositione, quod existat: g Deus n potest n ee in loco reali ex suppositione, quod existat. Cum quo tn stat, quod ablute sit liberum Deo, existere in loco reali, qa potest destruere oiem locum realem, ex suppositione tn, quod existat locus realis, n e liberum Deo existere in loco reali, sicut ablute liberum e Deo cognoscere p sciam visionis existentiam Petri, qa potuit facere, ne esset exista Petri, ex suppositione tn existentiæ Petri, n e libera Deo eiusmodi visio.

cap. 2. Aliquae obiectiones diluuntur.

Ad declarandam magis catholicam veritatem in capite praecedenti statutam oportet satisfacere aliquibus obiectionibus, quae ab aliquo fieri possent. Et 1. obiici potest: non requiritur, ut Immensitas divina sit praedicatum divinum et infinitum, quod Deus ratione illius existat in omni, et quocunque spatio, etiam si actualiter spatium existat: ergo non est fundamentum ad asserendum Deum esse de facto correspondentem omni, et cuicunque spatio. Antecedens probatur in Omnipotentia divina, nam ut haec sit simpliciter infinita, non requiritur, quod actualiter producat omnem, et quemcunque terminum, quem producere potest. Consequentia ergo legitime infertur a paritate, nam sicut Omnipotentia divina est simpliciter infinita, licet non sit in actuali exercitio producendi omnem, et quemcunque terminum: Ita Immensitas divina erit simpliciter infinita, licet non sit in actuali exercitio correspondendi omni, et cuicunque spatio.

Respondetur, negans, ad probationem assignamus claram disparitatem inter Omnipotentiam et Immensitatem, et asserimus, Omnipotentiam esse simpliciter infinitam, licet non sit in actuali exercitio producendi: Immensitatem vero non esse simpliciter infinitam, si non sit in actuali exercitio correspondendi omni, et cuicunque spatio, quod detur. Ratio est, quia Omnipotentia non est ratio formalis producendi, sed solum virtus productiva; cum autem virtus productiva infinita solum petat posse producere, poterit stare virtus productiva infinita, quamvis actualiter non producat: Immensitas vero est ratio formalis correspondendi omni, et cuicunque spatio, quod detur, sine ipsa actualis praesentia ad spatium, quantum est ex parte Dei, unde implicat, quod detur spatium, et quod Deus illi actualiter non correspondeat.

Instabis contra solutionem: adhuc non assignatur discrimen sufficiens, quare Omnipotentia non sit ratio formalis producendi, et consequenter possit stare illius infinitas, quamvis actualiter non producat terminum producibilem: et Immensitas sit absoluta, et simpliciter ratio formalis actualiter correspondendi cuicumque spatio, sive ipsa praesentia actualis, quantum est ex parte Dei, et consequenter non possit stare illius infinitas, nisi actualiter correspondeat omni, et cuicumque spatio, quod detur. Praeterea, Omnipotentiam non esse rationem formalem producendi, Immensitatem vero esse rationem formalem correspondendi omni, et cuicumque spatio. Ratio est, quia esse ratio formalis producendi non est intrinseca perfectio Omnipotentiae, aut virtutis cuiusvis productivae; sed potius est perfectio ipsius effectus producendi proveniens ab actione extrinseca Omnipotentiae, et virtuti cuivis productivae, et intrinseca effectui producto.

Praesentia vero actualis in spatio, non est perfectio ipsius spatii, sed potius est perfectio rei, quae in spatio locatur, et consequenter ratio formalis correspondendi ad spatium debet esse intrinseca Deo, non vero ratio formalis producendi intrinseca Omnipotentiae; unde fiet, quod posito spatio reali statim debeat Deus ibi correspondere, quia in Deo datur intrinseca determinatio, sive ratio formalis correspondendi illi ex suppositione, quod detur; non vero fiet, quod posito termino producibili statim debeat Omnipotentia producere illum, quia in Deo non datur intrinseca determinatio actualis, sive ratio formalis producendi terminum, etiam si producibilis supponatur; atque adeo salvatur infinitas Omnipotentiae, etiam si actualiter non producat terminum producibilem, licet hic producibilis supponatur, non vero salvatur infinitas Immensitatis, si actualiter non correat spatio reali, si hoc existens supponatur.

Obiici potest 2: si Deus idaret se cum raonem fralem correndi omni, et cuicunque spatio, Deus esset ab Eterno correspondens omni, et cuicunque spatio; sed Deus ab Eterno non e correns omni, et cuicunque spatio, q nihil datr ab Eterno extra Deum, cui possit correre; ergo Deus non identificat se cum raonem fralem correndi omni, et cuicunque spatio. Maior probatr; implicat quod detur ratio fralis correndi, qn detur correspondentia actualis, sicut implicat, quod detur ratio fralis producendi, qn detr aliqd actualitr productum, et sicut implicat, quod detur ratio fralis ubicandi, qn detur aliquid actualitr ubicatum: implicat ergo quod Deus sit correspondentia actualis ad spatium, et quod ab Eterno actualitr non correspondeat.

Rebr, disting maiorem: Deus esset ab Eterno correspondens cuicunque spatio reali, si detr, concedo marem (loquor de spatio reali, non de imaginario) Deus esset ab Eterno correspondens cuiq spatio reali, si non detr, neg marem. Itaq contendimus, Deum habere fram aliqm intrincam detrantem Deum ad correspondendum spatio reali, qn'docunque detur, quam appellamus Immensitatem. hęc autem detratio non exigit, quod ab Eterno detr illud spatium; quare licet Deus ab Eterno habeat eiusmodi fram, non seqitr, quod ab Eterno sit actualitr correspondens omni, et cuicunque spatio reali. Vnde fit, quod omnis actio, et ubicatio creata cum tro producto, et ubicato dualitr conectantr, non sic Immensitas divina, q hęc solum constituit Deum potentem ee psens, qntum e ex parte ipsius Dei.

Obiici possunt 3 aliqua Scripturę testimonia, in quibus spetialis locus Deo designatur, nam si Deus p Immensitatem repleret oem oio locum, non potius unus, qm alius Deo designaretr; atqui in Scriptura spetialis locus Deo designatr: ergo Deus p Immensitatem

nõ replet oēm oīo locum. Constat autem Deo spetialem locum designari ex psalmo 113: Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Item ex psalmo 122: adlevavi oculos meos, qui habitas in cœlis; et ex aliis similibus testimoniis, in quibus Dei descensus, et occupatio novi loci videtur demonstrari; et contra Deus per intrinsecum gradum nõ ē determinatus ad occupandum oēm oīo locum.

Rets, designari spetialem locum in quo spetialiter Deus per operationes, et effectus, quos ibi producit a nobis dignoscatur; nõ quia Deus nõ repleat oēm oīo locum realem existentem; sed quia in uno producit mirabiliores effectus, quam in aliis per quos facilius in Dei cognitionem deduci possimus. Unde contra distinguitur illa maior propositio: si Deus repleret oēm oīo locum, nõ potius unus, quam alius illi designaretur quoad se, concedo, quoad nos, nego maiorem. Hac ratione dicitur Deus spetialiter ēē in iustis per gratiam, et spiritualia dona, et a peccatoribus recedere, et longe abēē dicitur per negationem auxiliorum efficacium, et permissionem lapsus in peccatum. Et iuxta hanc responsionem facile possunt explicari alia testimonia.

Cap. 3. An ex operatione Dei ubique recte eius immensitas colligatur.

S. Thomas 1a parte q. 8, ar替ulo 1, et aliis in locis Dei immensitatem, et realem ipsius præsentiam in rebus oībus infert ex universali Dei influxu, et actione, tum in fieri, tum in conservari in res omnes. Nam oē agens debet ēē coniunctum passo, in quod operatur; sed Deus ē universale agens efficiens, et conservans oīa, quæ sunt. Ergo ē intime præsens rebus oībus. Hic ē discursus Angelici Præceptoris. Maior ex Aristotele

7 Phicorum probatr asserentis movens, et motum debere ēē simul. ∴ Minor etiam constat, q̃ Deus et inmate concurrit cum oibus causis 2is ad omnes effectus earum, et inmate illos conservat. Ēa legitime infertr.

Angelicum Praeceptorem sequuntr plures eius interpretes, et RR. thomistę coitr existimantes hanc ēē argutationem legitimam, Deus ubiq̃ operatur. ∴ ubiq̃ assistit p presentiam realem. Contrarium tn docuit Scotus in 1um distione 37, q̃ unica sentiens n̄ recté inferri presentiam Dei ubiq̃ ex eius operatione ubiq̃, quem Scotistę sequuntr. Videatr theodorus Smising tractu 2 D.S. de Immensitate Dei q̃ 1a. Fundum 1um Scoti ē, q̃ illud primum, quod movens, et motus debeant ēē simul n̄ ē ab Aristote, neq̃ à priori, neq̃ à posteriori sufficienti aliqua ratione demonstratum.

Fundum 2um ē, q̃ qmvis demus eam conditionem ēē nariam in agentibus finitis, et limitatę virtutis, in Deo tn, qui per infinitam Omnipotis suę virtutem operatr, n̄ ē naria; nam sicut provenit ex limitatione virtutis, quod agens finitum, et limitatum operetr in loco hęc ras finita, et limitata, et n̄ ultra illam, ita necessitas presentię realis, et coniunctionis cum passo ad operandum potest ex limitatione virtutis provenire; et consequentr n̄ bené infertr ex eo quod Deus operetr in oibus, et quibuscumq̃ rebus presentia realis, et intima in oibus illis.

Fundum 3. ē, q̃ divina virtute 3tingere potest, quod aliqua causa creata operetr in distans, ut coitr docetr ab omnibus Philosophis et theologis; ex quo sequitr evidentr hanc conditionem n̄ ēē ita nariam ad operandum, ut sit penitus implicatorium operari sine illa: q̃ per infallibilem

et ōēo nariam coam̄ n̄ infertr realis presentia Dei in omnibus, et quibuscunque rebus ex operaone Dei in omnibus, et quibuscunque rebus. Coa probatr, q̄ quod Creatura potest facere obedientialitr, et elevata á Deo, potest Deus per se ipsum immaté facere; sed Creatura potest obedientialitr, et elevata á Deo operari in distans: Ergo ttt. Unde si p impossibile fingamus Deum ēē cum tota ea virtute infinita, quam de facto habet, et ēē in unico tandum loco, nihilominus poterit in locis distantibus operari.

Hec n̄ sunta Scoti ad probandum n̄ recté, et p infallibillem coam deduci presentiam divam ex operaone Dei in omnibus locis. quibus mirum é, quot solutiones exhibuerint thomiste. Lo respondent aliqui ex Dei operaone colligi hanc presentiam, n̄ utcunque sed adiunctis circumstantiis, et conditionibus Dei, nimirum, quod agat tanqm [illegible] principale, et perfectissimum agens. Et paulo alitr res perdent alii Doctores asserendo ex operatio Dei sequi virtutem ipsius éé infinitam: atqui virtus infinita, eo ipso, q̄ sit talis petit éé in loco ubi operatr propter intrinsecam sui perfectionem: igitur ex operationibus Dei in oī et quocunque loco recte colligitr eius ~~pers...~~ presentia in oī, et quocunque loco.

Sed contra é, q̄ aliud est colligere Dei presentiam in omni, et quocunque Loco ex finitudine perfectionis, que datur in Deo; et aliud é colligere presentiam Dei in oī, et quocunque loco ex eo precise, quod Deus operetur in oī loco. Fatemur ex infinitudine perfectionis, que datur in Deo recte colligi eius presentiam in oī loco; negamus tamen eius presentiam recte colligi ex eo precise quod Deus operetur in omni loco. Nam si per impossibile Deus n̄ corporis perderet in oī loco, et retineret tota suam virtutem

quantitatem possit in quocunque loco producere, si non esset presens cuicunque loco. Nam si per impossibile. Et quamvis talis modi hypothesis sit impossibilis, ea tamen conducit ad investigandum an operatio quantum est ex vi operationis precise dependeat essentialissime, et formalissime a presentia Dei in quocunque loco.

Secundo respondent alii inter quos est Caietanus, dupliciter agens posse esse coniunctum passo, et immediatione virtutis, et immediatione suppositi. tunc Agens est coniunctum passo immediatione virtutis, quando producendo aliquid in spatio intermedio producit aliud effectum in distanti, ut videmus in sole, qui producendo lucem in aere, et calorem in spatio intermedio producit metalla in intimis terrae visceribus, ex quo fit, quod contingat in intima terrae viscera immediatione virtutis, hoc est per virtutem a subiecto solis in spatio intermedio diffusam. tunc Agens est immediatum immediatione suppositi, et virtutis, quando non solum operatio diffusa est immediata passo, sed etiam ipsum principium, et suppositum producens. Debet esse coniunctum localiter passo, in quod operatur.

Sed Contra est, quia adhuc non redditur ratio, quare semper, et in quocunque eventu, etiam attento obedientiali modo operandi debeat causa creata aliquam virtutem et operationem diffundere in medio, ut in loco distanti producat. Si igitur potest causa creata producere effectum in distanti, quin in medio aliquid producat, cur Deus non poterit idem efficere? et sicut illa causa esset principium operans immediatione virtutis, et suppositi, quatenus immediate, et per virtutem propriam produceret illum effectum; ita Deus esset principium immediatum producens immediatione virtutis, et suppositi, quatenus esset causa immediata, et per virtutem propriam

produ-

producens illu effectu, quamvis non esset presentialiter coniunctus in passo ubi operatur. 126.

Cap. 4um resolvitur difficultas.

3° Respondet Pater Suares tomo 1° in 3am partem disp. 31. sec. 6 notatum immediatum loci ad operationem requiri in Agente principali, non vero in instrumentali. Unde fit, quod Deus possit elevare creaturam ad generandum in loco distanti, quia Deus, quo concurrit tamquam causa principalis elevans est in quocumque loco, et consequenter non est bonum hoc argumentum Creatura potest obedientialiter elevata operari in distans: ergo et Deus id poterit, quia requiritur presentia ad locum, ubi fit operatio, saltem in causa principali. Addo, quod similiter salvatur semel operatio immediata immediatione virtutis, absque immediatione locali necessarium non est facere distinctionem inter causam principalem, et instrumentalem, nam sicut instrumentum immediate agit, quin sit immediate propinquum, ita causa principalis agere poterit quin sit immediate propinqua.

4° Respondet idem Suares tomo 2° methaphysicae disputatione 30 sec. 7 ex creatione colligi immediatam Dei presentiam, quia quidem Deus solus, et per se solum creare potest, sed contra est, quod adhuc non video, quare ex creatione colligatur immediata presentia Dei in rebus, cum nulla repugnantia relucere videatur in eo, quod Deus solus et per se solum creare possit effectum in distanti, neque quoad hoc punctum maiorem sentio difficultatem in actionibus creativis, quam in generativis, et solum discrimen inter utramque actionem est quia, quod actio creativa a Deo solo fit.

edat, n̄ actio creativa, stendo in actu actionis creativæ potuisse a Deo fieri in distanti, si per impossibile Deus posset eē distans.

6º Respondet Granado ex actione creativa recte colligi Dei præsentiam in loco, ubi operatur, nam ex actione creativa colligitur infinitas potentiæ ex infinitate vero potentiæ summa perfectio essendi; et ex summa perfectione essendi præsentialitas ad oēs omnino locos; atque adeo per legitimas et infallibiles vias ex actione creativa colligitur præsentialitas ad omnes omnino locos.

Rō 2ē 1º, qd forte ex creatione n̄ arguitur infinitas potentiæ; etenim sententia probabilis, possibiles eē creaturas, quæ n̄ solum tanquam causa instrumentalis, sed ut causa possit creare. Unde si hæc sententia probabilis sit, n̄ recte arguitur ex actione creativa infinitas potentiæ.

Contra est 2º. demus qd ex creatione arguatur infinitas potentiæ, distingui tamen potest juxta doctrinam traditam illa propositio ex actione creativa colligitur infinitas potentiæ in operando: concedo: ex actione creativa colligitur infinitas potentiæ in præsentialitate: nego: Atque aliud est virtutem divinam eē infinitam in operando, hoc ē eē virtutem, quæ sine dependentia ab alio possit infinitos effectus tam per creationem, quam per generationem simul, et successive producere, et aliud est divinam virtutem eē infinitam, n̄ so in operando, sed etiam in præsentialitate. Fatemur ex creatione recte colligi virtutem divinam eē infinitam in operando, negamus tamen ex creatione recte colligi virtutem divinam eē infinitam

in

127

in presentialitate, nam cum ij duo respectus sint diversi si fingamus per impossibile stare virtutem infinitam in operando, quin eam praeveniat ei, et in unumquodque spatio stabit tota virtus potens per creationem producere quia est immensa.

Respondent alii modum operandi Dei esse perfectiorem quocumque alio, qui possit excogitari perfectiorem autem operandi modum esse, si operetur, quam si operetur in distans; et consequenter ex operatione Dei in quocumque loco recte colligitur presentialitas Dei ad omnem, et quemcumque locum. Sed contra, quia non ostenditur, operationem in presenti esse perfectiorem operatione indistanti: imo videtur arguere maiorem perfectionem, et independentiam in agente operatio indistans, quam operatio in presens, quia haec arguit dependentiam a loco quoad operandum; illa vero omnimodam independentiam. Neque ex causis creatis potentibus presentiam locale ad operandum argumentari licet ad divinam omnipotentiam, quia causae creatae propter suam limitationem, et imperfectionem possunt habere eius modi dependentiam. secus autem omnipotentia divina, quae omnem imperfectionem et limitationem excludit.

His pensatis asserendum iudico non recte, et per locum intrinsecum, et immediatum infallibiliter convinci, vel ex vi [illegible] operationis in omni, et quocumque loco colligi Dei presentialitatem in omni et quocumque loco. Ratio est, quia divina omnipotentia debet a nobis poni perfectiori modo quo possit excogitari; sed pensatur a nobis perfectiori modo si ponatur independens a presentialitate in loco quantum est ad operandum in eo loco: igitur eo

modo debet a nobis poni. Maior est certissima, et probatur minor, quia perfectior procul dubio poneretur, et excogitaretur omnipotentia, quae ad exercendam suam virtutem non indigeret praesentia saltem locali, quam illa, quae non posset exercere suam virtutem nisi dependenter a praesentia locali, ubi operatio ponenda est.

Hinc ad argumentum ex Angelico praeceptore desumptum et a nobis efformandum respondetur principium illud Aristotelicum habere locum in creatis propter imperfectiones et limitationes agentium, quae habent virtutem ita dependentem in operando, ut non possit producere operationem in distans, quam prius in praesens operentur: non autem in agente increato, et infinitae perfectionis, in quo eius modi alligatio et dependentia non est ponenda. Et haec doctrina congruentissime explicatur per propositionem illam conditionalem: si remaneret in deo virtus productiva huius termini, et per impossibile auferretur praesentialitas Dei ad spatium, in quo terminus est productus, adhuc ille terminus sufficienter produceretur per illam virtutem, quantum est ex vi productionis huius termini, attenta praecise intrinseca indigentia illius productionis, non petitur illa praesentialitas Dei ad spatium, ubi terminus est productus.

Praeter Arriaga a nobis consentit in asserendo Dei immensitatem ex operatione ipsius directe [illegible] sed tantum indirecte, proponit tamen quoddam argumentum, quo aliquis uti posset contra nostram sententiam, etenim in praesenti, quatenus nobis nocere potest, satisfaciendum est: Deus non solum producit res, sed etiam earum ubicationes; igitur rerum ubicationes continentur in Deo; atqui non continentur eminenter, sed formaliter; nam ille conceptus, qui puram perfectionem, et nullam imperfectionem involvit, non continetur in Deo eminenter,

128

id formaliter, ut iam in superioribus est statutum; cum autem existere hic, et illic, et in quocumque alio loco sit pura perfectio nullam involvens imperfectionem, Deus continebit formaliter ubicationem hic, et illic, et in quocumque alio loco: igitur ex eo quod Deus possit producere ubicationes rerum hic, et illic, et in quocumque alio loco recte colligitur immensitas Divina.

Respondetur rerum ubicationes in quocumque loco contineri et eminenter, et formaliter in Deo. Continentur formaliter ratione immensitatis, nam ratione illius habet Deus ubicationem hic, et illic, et in quocumque loco, sicut res creata potest existere hic et illic, et in quocumque loco ad eum modum, quo Deus dicitur continere formaliter omnem eam perfectionem, in qua formaliter convenit cum creaturis. Continentur eminenter ubicationes creatae rerum in omnipotentia divina, quatenus haec per virtutem superioris ordinis potest eas producere. Asserimus ergo quod ex operatione Dei hic precise colligitur continentia eminentialis huius ubicationis, non autem continentia formalis, quae haberet si esset formaliter hic, tamen posset producere hic.

Haec dicta sufficiant, pro de attributis Materia, quae omnia utinam cedant in laudem Omnipotentis Dei, et eius Matris Mariae, Sanctorumque Apostolorum Petri, et Pauli, in quorum pervigilio finem dedimus.

Hispali anno Domini 1661.

Huius nobilissimae Materiae index.

Totius indicis finis.

